V Fausbøll

PRINCIPIA

GRAMMATICES NEO-PERSICAE

cum metrorum doctrina

et

dialogis persicis

Veniâ Amplissimae Facultatis Philosophicae
ad Imperialem Alexandream in Fennia Universitatem
dissertationibus academicis edidit

Gabriel Geitlin,

Philos. Doctor et Artium Libb. Magister,
Linguarum Orientalium Professor P. O.,
Imperialis Ordinis S:ti Wladimiri in IV Classe Eques.

HELSINGFORSIAE
Ex officina typographica Frenckelliana.
1845.

Praefatio.

— — „minora illa — sed, quae si negligas, non sit majoribus locus." Quintilianus.

Haud injuste gravissimas inter caussas, quae studium linguarum orientalium retardent, numerari solet inopia subsidiorum, inprimis librorum didacticorum, praecepta harum linguarum breviter et dilucide exhibentium. Si enim a solâ disces-seris linguâ Hebraeâ, cujus ediscendae copiam nostratibus praebuere et adhucdum praebent optimi libri didactici a viris eruditissimis praecipue in Germania editi; in ceteris omnibus Orientis idiomatibus percipiendis maximâ urgemur subsidiorum penuriâ. Aut enim, qui in lucem prodiere harum linguarum libri elementares, nimio veneunt pretio, ita ut a paucissimis emi possint, aut rari et in tabernis librariis non obvii pecuniâ comparari nequeunt, aut peregrinâ quâdam conscripti linguâ difficultatem in idiomatibus orientalibus ediscendis, per se non exiguam, augent, aut demum, certâ carentes ratione, frustra consuluntur. Quod in universum si valet, multo magis de subsidiis ad venustissimam Persarum linguam ediscendam necessariis adfirmari poterit. Quamvis enim variae idiomatis Persici in lucem

prodierint Grammaticae *), nullâ tamen aliâ hoc tempore studiosis linguae persicae ad hanc no-

---

*) Quarum, quae ad nostram notitiam pervenere, sunt:

a) *Johannis Babtistae Raymundi Rudimenta grammatices persicae.* [Romae 1614.]

b) *Ludovici de Dieu Rudimenta linguae Persicae.* Lugduni Batav. 1639. 4:o.

c) *Joannis Gravii Elementa linguae Persicae.* Londini 1649. 4:o.

d) *Ignatii a Jesu* (carmelitae discalceati) *Grammatica linguae Persicae.* Romae 1661. 4:o.

e) *Francisci à Mesgnien Meninski Institutiones linguae turcicae cum rudimentis parallelis linguarum arabicae et persicae.* Viennae Austriae 1680. 4:o. *Editio altera methodo linguam turcicam suo marte discendi aucta, curante Adamo Francisco Kollar.* Vindobonae 1756. 4:o.

f) *Angeli a Josepho Gazophylacium linguae persicae triplici linguarum clavi; Italicae, Latinae, Gallicae, nec non specialibus praeceptis ejusdem linguae reseratum.* Amstelod. 1684. Fol.

g) *Johannis Babtistae Podestae Cursus grammaticalis linguarum orientalium; P. II. Persismus et Arabismo-persismus.* Viennae 1691. 4:o. *cum figg. aeneis.*

h) *A Grammar of the Persian language by W. Jones,* London 1771. 4:o. *the ninth edition by Samuel Lee,* London 1828.

i) *Brevis clara facilis ac jucunda non solum Arabicam linguam sed etiam hodiernam persicam addiscendi methodus,* Auctore Vieyra, Dublini 1789. 4:o.

stram Universitatem Alexandream uti licuit, quam editis a Cel. FRIDERICO WILKEN *institutionibus*

---

k) *The Persian Interpreter* by MOISES, Newcastle 1792. 4:o.

l) *The Persian Moonshee* by FRANCIS GLADWIN, Esq. Calcutta printed, reprinted in London. 1801. 4:o maj.

m) *Grammatica linguae persicae, accedunt dialogi, historiae, sententiae et narrationes persicae, opera et studio* FRANCISCI DE DOMBAY. Vindobonae 1804. 4:o.

n) *Institutiones ad fundamenta linguae persicae, cum chrestomathia maximam partem ex auctoribus ineditis collecta et glossario locupleti edidit* FRIDERICUS WILKEN. Lipsiae 1805. 8:o.

o) *A Grammar of the persian language; comprising a portion of the elements of Arabic inflexion; together with some observations on the structure of either language, considered with reference to the principles of general grammar, in two volumes, by* M. LUMSDEN. Calcutta 1810. fol.

p) *Hindee moral preceptor or rudimental principles of persian grammar and hindee-perso and english vocabulary by Doctor* GILCHRIST. London 1821. 8:o.

q) *A grammar of the three principal oriental languages, hindostanic, persian and arabic, by* MIRZA MOHAMMED SÁLIH, *with an english translation by* W. PRICE. London 1823. 4:o.

r) *Grammatik der persischen Sprache nebst vergleichender Berücksichtigung der mit dem Persischen verwandten Sprachen, namentlich des Sanskrit und des Slawischen, und einem Anhange zum Ueberset-*

ad fundamenta linguae Persicae, qui quidem liber, etsi magnis multisque haud careat virtutibus, hoc tamen jam aevo discentium desiderio vix satisfacit; accedit, quod idem ille liber, apud nos saltem, magis magisque rarescere coeperit. — Edidit quidem, anno 1831, Lipsiae, D. POSSART Grammaticen linguae persicae, germanice conscriptam, quae facile est parabilis, sed non magnâ praeterea laude digna videtur,

---

zen, so wohl aus dem Deutschen ins Persische als auch aus dem Persischen ins Deutsche, von PAUL ANTON FEDOR POSSART. Leipzig 1831. 8:o.

Nec hoc loco silentio praetereundae: *Dissertations on the Rhetoric, Prosody and Rhyme of the Persians, by* FRANCIS GLADWIN. Calcutta 1801. 8:o.

Grammaticen linguae neopersicae, eodem idiomate conscriptam, quae una cum arte poeticâ et rhetoricâ septimam partem constituit magni linguae persicae thesauri a rege terrae *Aude*, ABUSSZEFER MUIZZEDDIN SHAHI ZEMEN GHAZI EDDIN HEIDER PADISHAH GHAZI sub titulo هفت قلزم (*heft qulzum* i. e. *septem oceani*) editi (*Lucknowiae* (*Lekhneo*) 1822, 7 Voll. in folio), consulendi occasionem heic frustra quaesivi; quod tamen eo minus doleo, quo jucundius mihi fuit gravissima quaeque hujusce libri rarissimi momenta, egregie exposita dilucideque explicita a viro harum rerum peritissimo, Professore celeberrimo FRIDERICO RÜCKERT, perlustrare in annalibus Vindobonensibus. (*Jahrbücher der Literatur* Tom. 40: pagg. 162—220; 41: 11—72; 42; 65—93; 43: 43—83 et 44: 67—140).

quippe quae, in alia omnia abiens, gravissimisque scatens erroribus *), linguae persicae ediscendae cupidum magis confundat, quam solidà ejusdem notitià instruat. — Quae cum ita sint, officii mei esse duxi qualecunque hocce opusculum in lucem emittere, ut et parvis sumtibus et absque longis anfractibus a quocunque linguae persicae studioso in hac saltem nostrà Universitate facillime comparari possit.

Praecipuum in conscribendo hocce libro ducem secutus sum Lumsdenium, cujus praeclarum opus Grammatices persicae non injuste cum consummatissimà Illustr. De Sacyi Grammaticà arabicà conferri potest. — Grato praeterea profitear necesse est animo, plurimum memet debere rarae, quam anno 1834 habui, occasioni institutionibus fruendi duumvirorum ad Scholam Asiaticam, Ministerio Imperiali res exteras Petropoli curanti adjunctam, tunc temporis linguas orientales docendi munere fungentium, Consiliariorum Status et Equitum Francisci Charmoy et Mirza Dschafarii Toptschi Baschew, quorum praecepta, linguae persicae adyta mihi recludentia tanto promtiori accipiebam animo, quanto majori humanitatis horum virorum atque benevolentiae insignis admiratione adfecto quotidianâ eorundem consuetudine mihi uti liceret. — De cetero, ab omni, in hacce opellâ, abstinendum esse duxi innovatione, quà Grammaticen universalem, ita

*) Quos heic enumerare odiosum est. Videsis *Haller Allgem. Literatur Zeitung* 1833, *Ergänz.* N:o 41, et *Wiener Jahrbücher*, Bd. 76, pag. 183.

ex. gr. Infinitivum ad *modos* verbi relatum invenies, quamvis id perperam fieri urgeant nonnulli recentiores philologi, nullam vero in nominibus mentionem casuum *subjectivi*, *objectivi*, e. s. p.; cujus rei accuratam disquisitionem hoc loco instituere justo est longius, persuasissimum autem mihi habeo, unicuique, qui terminologiam per multa saecula fixam et determinatam, in quocunque sit disciplinae artisve genere, immutare cupierit, maximâ opus esse cautione, ne, novis rebus studens, plus noxae, quam utilitatis tironibus adferat; in id vero omni nisu animum intendi, ut praecepta traderem bevissima et perspicua, quae discentium memoriae facillime inculcari possint *).

---

*) *Quae hactenus allata sunt, scripta fuerunt quo tempore primam hujus opusculi particulam, dissertationis loco, publicae censurae submisimus; dein vero, libro hocce vel ad partem jam edito, vel ad finem perducto, innotuerunt nobis idiomatis Persici Grammaticae quattuor, quarum tituli sunt:*

1) *Vullers, Institutiones linguae Persicae cum Sanscrita et Zendica comparatae*, Gissae 1840, pars etymologica. (208 pagg. in 8:o.)

2) قانون زبان فارسی با اشتقاق واعلال کلمات عربیه تالیف عباس قلی بن میرزا محمد خان باد کوی در دار الطبع تفلیس سنه ۱۲۴۷ (1831 *).

Qui liber etiam aliter inscribitur:

قانون قدسی (sic) بامر همایون باد شاهی مطبوع

(* Vide *Wiener Jahrbücher Bd*, 76, *pag.* 185.

کرپید در ۱۲ شهر رمضان المبارک سنه ۱۲۴۷ در
بلده تفلیس (41 pagg. in 4:o)

3) Grammatices Persicae adumbratio, *Narrationibus Persicis* a GEORGIO ROSEN editis praemissa, Berolini 1843 in 8:vo.

4) *A Grammar of the Persian Language. To which are subjoined, several Dialogues; with an alphabetical list of the english and persian terms of Grammar; and an appendix on the use of Arabic words.* By *MEERZA MOHAMMAD IBRAHEEM*, Professor of Arabic and Persian languages at the hon. East-india company's college, Haileybury. London, 1841. (266 pagg. in 4:o.)

Quarum primo loco allatam sat tempestive accepimus, (cfr. Gram. nostr. pag. 89) in multisque consuluimus, secundo autem et tertio loco nominatae, ut compendia brevissima, nihil novi nobis praebuerunt, e quartâ vero eademque novissimâ, a Persâ indigenâ editâ — quae Persicam linguam practice discendi cupidis aptissima est, quamvis syntaxi careat et metrorum doctrinâ — nonnullas, quae majoris momenti esse videntur, ad certos Grammaticae nostrae locos heic adferre liceat observationes:

Ad pag. 32, *not.* Quod ibi adtulimus: differentiam inter *jai medzh-hul* et *jai meʿeruf* a Persis ipsis non observari, optime confirmatur his MIRZAE IBRAHIMI verbis (pag. 5, in notâ): "The Indians use the vowel ی sometimes lik *ea*, as in the word "bear"; and the vowel و like *oa*, as in the word "boat"; to which و and ی they have given the appellation of مَجْهُول, "obscure" in contradistinction to the other instances in which they are used as long vowels, when they ere called مَعْرُوف "distinct". *This distinction, however, is not known among the modern Persians.*"

Pag. 51. §. 14. In formatione atque denominatione *temporum et modorum verbi persici* grammatica MIRZA IBRAHIMI a nostrâ haud multum discrepat. Id unum est observandum: tempori *aoristo*, in paradigmatibus MIRZAE IBRAHIMI, semper praemitti particulam بِه vel بِ; quo fit, ut tempus, quod nos pro *futuro simplici* habuimus, in laudato libro *aoristi* nomine obveniat; quae quamvis ita sint, et magnam ceteroquin M. IBRAHIMI auctoritatem agnoscamus, nihilo tamen minus in nostrâ persistimus sententiâ: *aoristo* praefixâ particulâ بِه vel بِ *futuri* notionem plerumque (non semper, ut pag. 249, §. 98, ostendimus) impertiri; cujus rei exemplum praebet ipse M. IBRAHIM in dialogo pag. 209, ubi haec occurrunt:

دلایل شما همه بر این بر میگردند که اسبهای
من پیش از من بمیرند امّا چه اگر اسبها بعد
از من بمانند

in quo exemplo بمیرند et بمانند *futuri* notionem necessario involvunt. Observat praeterea M. IBRAHIM pag. 50, Aoristum, si subjunctive adhibeatur, particula بِه vel بِ privari, his utens verbis: "when the aorist is used as the Subjunctive, the particle is omitted: thus: باشم i may be, باشی thou mayst be etc.," *sed sibi ipse contradicit*, quum pag. 61, §. 105, haec habeat: "It is not always necessary that the Subjunctive should have the Particle بِ placed before it. This is only the case in the aoriste of the subjunctive." Unde patet, auctorem nostrum non satis bene hanc rem exposuisse.

Pag. 87, §. 26. Verba *caussalia* vel *dupliciter transitiva* carent praesenti tempore participii activi. Vid. lib. cit. pag. 74.

Pag. 108, *not. collat. cum pag.* 137, *μ*). Nomina

indefinita in یای تنکیر exeüntia et nomina abstracta item per *je finale* formata, eo differunt, ut observat Mirza Ibrahîm l. c. pag. 33, quod indefinita nomina accentum habent in penultimâ, abstracta vero in ultimâ syllabâ. Ex. gr. مردی *mérdi* (vir aliquis), مردی *merdí* (virtus); دوستی *dústi* (âmicus quidam), دوستی *dustí* (amicitia); jubetque insuper hanc differentiam etiam in scribendo ita esse observandam, ut nominibus abstractis in fine addatur *hamza*, indefinitis non item, ex. gr. بیکارئ (otium), ut distinguatur a بیکاری (otiosus quis). Ubi vero substantiva nomina addito, in fine, *je relativo*, mutantur in adjectiva relativa, haec accentum habent in *ultimâ* syllabâ idque sine hamzâ, ut حافظِ شیرازی *Hâfizi shirazí*, زنانِ بغدادی *zenâni baghdadí*; quod si eadem adjectiva relativa, excluso nomine substantivo, ipsa substantivi naturam induant, notanda sunt signo *hamzae* hunc in modum: شیرازئ, homo Shirazo oriundus.

Pag. 125, D. De terminatione بان qua formatur *nomen custodientis* §. 47. D, observat M. Ibrahîm, pag. 108, quod eadem nihil aliud sit, quam corruptio vocis مان, participii praesentis (pro مانَنْده) verbi مانَدن, manere, ideoque proprie significet illum qui manet (ad rem quandam custodiendam). Haec vero an reverâ ita se habeant, in medio relinquimus.

Pag. 130. J. Nomen diminutivum vituperativum dignoscitur terminatione كَه (de hominibus adultis) vel solâ ه (de non adultis); ex. gr. اى مردكه *ej merdeke*, o nebulonem! اى زنكه *ej zeneke*, o mulierculam! پسره *pysere*, puer vituperabilis, دختره *dokhtere*, puella contemnenda. Mirza Ibr. l. c. pag. 129.

Pag. 152. *not.* 1. Ex auctoritate Mirzae Ibr. suffixa pluralia: مان, تان, شان in prosa etiam oratione adhibere licet; cujus rei exempla non pauca praebent dialogi persici grammaticae ejusdem inserti.

Pag. 159. *Not.* 1. Heic addendum est, Pronomini reflexivo خود *khūd*, ipse, ulterius adjungi posse pronomina personalia suffixa; ex. gr.

كتاب خودم *kitābi khūdem*, liber meus (proprius),
كتاب خودت *kitābi khūdet*, liber tuus (ipsius),
كتاب خودش *kitābi khūdesh*, liber ejus (ipsius),
كتاب خودمان *kitābi khūdimān*, liber noster (proprius),
كتاب خودتان *kitābi khūditān*, liber vester (proprius),
كتاب خودشان *kitābi khūdishān*, liber eorum (ipsorum),

Item:

من خودم *men khūdem*, ego ipse; تو خودت *tu khūdet*, tu ipse; او خودش *u khūdesh*, ille ipse; ما خودمان *ma khūdimān*, nos ipsi; شما خودتان *shymā khūditān*, vos ipsi; ایشان خودشان *ishan khūdishān*, illi ipsi. Vid. lib. cit. pag. 36, 37.

Pag. 165, *lin.* 18. Pro عُسر *'usr*, legendum: عُشر *'ushr*. et *pag.* 178, *lin.* 25, pro عمام, legendum: عمر.

Pag. 187, 4:o. Post numeralia cardinalia rem numeratam in singulari numero adhiberi vulgatissimum est; adfert tamen M. Ibr. lib. cit. pag. 176, exempla quaedam substantivorum pluralium cum nominibus cardinalibus constructorum, ut: مردان دو هزار بودند viri fuerunt 2000. اسبهای سیاه چهار بودند equi nigri fuerunt quattuor. Talis autem constructio non admittitur nisi nomen substantivum sit 1) *definitum*, et 2) voces enuntiationis ita ordinatae, ut primo loco positum sit nomen numeratum plurale, secundo nomen numerale cardinale, et tertio loco verbum.

CONSPECTUS LIBRI.

Caput primum.

De elementis scribendi et legendi.

Caput secundum.

De Partibus orationis.

Caput tertium.

De syntaxi.

pag. 165	lin. 23	*pro:*	معنوت	*lege:*	منعوت
— 187	— 9	—	*tewasz'a*	—	*tewasz'u*
— 128	— 24	—	*deh*	—	*du*
— 194	— 8	—	ترنکنرنکی	—	ترنکنبرنکی
— 207	— 12	—	antecendente	—	antecedente
— 208	— 25	—	*tewasz'a*	—	*tewasz'u*
— 211	— 9	—	*occulto*	—	*allevato*
— 222	— 13	—	adfer, quod	—	adesto, nam
— 224	— 24	—	*mus'zteribi*	—	*mūs'zrĕrīb*
— 245	— 21	—	وفاعله	—	وفاصله
— 245	— 22	—	منوالی	—	متوالی
— 257	— 8	—	*adde:* praeteriti temporis		
— 261	— 8	—	حدیقت البلاغت auctore Shems-eddin.		
— 261	— 29	—	attulereunt	—	attulerunt
— 277	— 12	*pro:*	⏑ — | ⏑ — —	*leg.*	⏑ — | ⏑ ⏑ —
§. 122	— 5	—	قبص	—	قبض
§. —	— 38	—	مَعْوِی	—	مَطْوِی
— 281	— 19	—	مُعَقَبَت	—	مُعَاقَبَت
— 293	— penult.		متافاعلن	—	متفاعلن
— 320	— 16	—	الّه	—	اللّه
— 322	— 7	—	بحدمت	—	بخدمت
— 328	— 1	—	شحص	—	شخص
— 344	— 5	—	عقبت	—	عاقبت
— 350	— 10	—	سناس	—	شناس

PRINCIPIA GRAMMATICES NEO-PERSICAE.

Caput primum.

De elementis scribendi atque legendi.

§. 1. *Consonantes*, numero 32, eaedem sunt in linguâ Neo-persicâ *), ac quae Arabum alphabeto continentur, superadditis quatuor, quae punctis tantummodo diacriticis ab arabicarum literarum formâ differunt. Literis *vocalibus*, proprie sic

*) Hodierna lingua Persica, quae non solum in regno Persarum dominatur, verum in Indiis quoque viget et Turciâ, miram constituit duorum elementorum, inter se omnino diversorum, concretionem. Est enim conflata ex antiquâ linguâ *Parsī*, پارسی, quam ad *Indogermanicas* referunt philologi, et *Arabicâ*, quae inter *Semiticas* primum locum suo jure tuetur. Ex quo scilicet tempore victricibus Arabum armis succubuit Persarum imperium (anno 636 p. Chr. n., copiis Jezdedzherdi III, ultimi regis e familiâ Sassanidarum, ad *Qadesiam* internecione deletis) obtrudebatur victis Persiae incolis non modo religio Muhammedana verum scriptura etiam et

dictis, non utuntur Persae, quamvis negari non potest, literas ا و et ی vocalium vicem saepius efficere. Pro vocalibus adhibentur signa quae-

---

lingua Arabum, fanatico furore omnia Magorum instituta, literaturam omnem ibi indigenam, omniaque tam sollemnis in Perside cultûs vestigia persequentium igneque et armis exstirpantium. Aufugerunt tamen nonnulli Persarum, institutis paternis, linguae et literaturae patriae fideliter adhaerentes, alii in Bactriam, trans Oxum fluvium, alii in Indias; quibus in terris tenĕre fovebatur lingua persica, dum in ipsa Perside gravi sub onere Islamismi suffocaretur. Mansit ita afflicta et inculta haecce lingua per tria saecula, ad illa usque tempora, quibus imperium Chalifarum vacillare, et praetores Persiae, aeque ac in ceteris sceptro Chalifarum subjectis terris, desciscere suasque sibi dynastias stabilire coeperunt. Tum sensim et pedetentim reviviscere lingua neopersica, donec regnante jam Mahmudo Sebuktegino, *Gaznevidarum* magno decore, a Firdousio, poetâ celeberrimo, qui eâdem usus est in condendo carmine epico *Schahnâmeh*, ad summum eveheretur perfectionis culmen. Posteriori tempore multas adoptavit lingua neopersica voces arabicas (quas evitare summopere studuerunt Firdousi et alii ejusdem aevi poëtae), ita, ut in libris neopersicis serioris aetatis quot invenias vocabula proprie persica, tot fere tibi occurrant voces arabicae. Nihilo tamen minus nativum suum colorem et characterem sibi proprium ita incolumem tuita est lingua persica, ut hac vocabulorum arabicorum accessione non tantum non detrimenti quid cepisse, verum quaestum potius exinde fecisse videatur.

dam nomine *motionum* حرکات *herekât* insignita (vide §. 2.). Consonantes a dextrā sinistrorsum leguntur, et hoc vulgo enumerantur ordine:

Praeter dialectum supra allatam et nomine پارسی insignitam, quae in provinciâ *Fars* seu Perside proprie sic dictâ, (cujus metropolis est *Istachar* s. *Persopolis*) praecipue vigebat, adferuntur variae dialecti, ut دری *Deri*, quae in remotissimis regni persici provinciis *Balkh*, *Bamian*, *Bokhara*, *Merv* orta, sequiori tempore ob insignem, quâ eminebat, puritatem, *aulica* (در *der*, = porta, aula,) evasit, et پهلوی *peh'evi*, quae in inferioris Mediae provinciis *Irak 'adzhemi*, *Kuhistan* cet., florebat. — Suis porro dialectis quondam gavisae sunt urbs *Herat* (dialecto *Hervī*), provinciae *Segestān* (dial. *segzī*), *Zabulistān* (dial. *zāblī*) et *Soghdiana* (dial. *soghdī*), quae quatuor dialecti jamdudum neglectae et emortuae sunt, ut nulla omnino earundem exstent vestigia. Omnium vero dialectorum linguae persicae fons et origo habetur lingua *Zendica* (unde et orta *Pāzend)*, quae eosdem cum *Sanscritica* agnoscit natales.

ALPHABETUM NEO-PERSICUM

Nomen Literarum.		Figura.			
		absoluta.	annexa praeced.	connexa utrinque.	annexa sequenti.
Elif	الف	ا	ـا	—	—
Ba	با	ب	ـب	ـبـ	بـ
Pa	پا	پ	ـپ	ـپـ	پـ
Ta	تا	ت	ـت	ـتـ	تـ
Tsa	ثا	ث	ـث	ـثـ	ثـ
Dzhim	جيم	ج	ـج	ـجـ	جـ
Tschi	چى	چ	ـچ	ـچـ	چـ
Ha	حا	ح	ـح	ـحـ	حـ
Kha	خا	خ	ـخ	ـخـ	خـ
Dāl	دال	د	ـد	—	—
Dsāl	ذال	ذ	ـذ	—	—
Ra	را	ر	ـر	—	—
Za	زا	ز	ـز	—	—
Zha	ژا	ژ	ـژ	—	—
Sin	سين	س	ـس	ـسـ	سـ
Schin	شين	ش	ـش	ـشـ	شـ
Sad	صاد	ص	ـص	ـصـ	صـ

(confer §. 4: 1—5, 7—10).

Valor.	Literae nostrae, quas Arabicis et Persicis substituimus.
spiritus lenis Graecorum.	̓ —
B nostrum.	b.
P ——	p. (Litera persica)
T ——	t.
S blaesum, pronuntiatur linguae extremum superioribus dentibus allidendo; Anglorum th durius. Vulgo S	t͡s.
dudsch, *gi* Italorum. (rum.	dzh (= дж).
tsch, ч Russ., cujus etiam figuram imitatur.	tsh (Lit. pers.).
H asperum, palatinum; Germanorum ch in voce *ich*.	ʿh
ch Germanor. in voce *ach*. x Russorum.	kh.
D.	d.
Z Francogall. з Russorum.	dz.
R, sed lenius nostro.	r.
Z Francogall. з Russ.	ẓ. (quod ne *ts* pronunties, cave.)
ж Russor. sch lene. j Francogallorum.	zh. (Lit. pers.)
S asperum. c Russorum.	s.
ш Russorum cujus et figuram habet. *Sch* asperum.	sh.
S emphaticum. Russorum c in сы.	S. (formâ majusculâ.)

Nomen Literarum.	Figura.			
	absoluta.	adnexa praeced.	connexa utrinque.	adnexa sequenti.
Szạḍ ضاد	ض	ـض	ـضـ	ضـ
Tā طا	ط	ـط	ـطـ	طـ
Ṣ'z ظا	ظ	ـظ	ـظـ	ظـ
'Ain عين	ع	ـع	ـعـ	عـ
Ghain غين	غ	ـغ	ـغـ	غـ
Fa فا	ف	ـف	ـفـ	فـ
Qâff قاف	ق	ـق	ـقـ	قـ
Käff کاف	ک	ـک	ـکـ	کـ ک
Gäff گاف	گ	ـگ	ـگـ	گـ
Lam لام	ل	ـل	ـلـ	لـ
Mim ميم	م	ـم	ـمـ	مـ
Nun نون	ن	ـن	ـنـ	نـ
Wav واو	و	ـو	—	—
Ha ها	ه	ـه	ـهـ	هـ
Ja يا	ى	ـى	ـيـ	يـ

Obs. لا لا لا lam-elif, est compen-

Valor.	Literae nostrae, quas Arabicis et Persicis substituimus.
Z emphaticum. Russorum з in зы.	sz
T emphaticum. Russorum т in ты.	T. (formâ majusculâ.)
Z emphaticum; з.	'z.
nostris literis exprimi nequit vide §. 4: 5.	—
gh, ex gutture, cum *r* balbutientis mixtum.	gh. (ghr)
F nostrum in initio vocis.	f.
K gutturale, emphaticum. Russorum к in кы.	q.
K nostrum.	k.
G durum.	g. (Lit. pers.)
L nostrum.	l.
M ——	m.
N ——	n.
W. o. u. y.	w, o, u, y.
H lene, ex imo pectore; spiritus asper Graecorum.	h.
J consonans. й Russorum.	j. i.

dium scriptionis pro ﻻ (Lā).

§. 2. Signa *Vocalium* (sive motiones, حرکات *'herekāt*) Persis ut Arabibus, tria sunt, scilicet I) زَبَر *zeber* َ (h. e, *supra*, quoniam superne consonantibus adpingitur) quod respondet τῷ *fatha* Arabum, sed a Persis pronuntiatur per *ä* seu *e* *) ex. gr. بَد *bäd*, l. *bĕd* malus, 2) زِیر *zīr* ِ (h. e. *infra*) est *kesre* Arabicum vel *i*, ut: فِکر *fikr* cogitatio. 3) پیش *pīsh* (*ante*) ُ Arabicum *dhamma*, *o*, *å*, *ö*, *u* (vel *y*), ex. gr. گُل *gull*, *gyll* rosa, بُلبُل *bylbyl*, luscinia. عُمر *'ömr* vita.

Quod si vocalis in initio vocis consonantem antecedere debeat, sola persistere nequit, sed adsciscit sibi fulcrum *Elif*; hinc voces *istäden*, *eshk*, *ystyr* scribuntur: اِستادن *stare*, اَشک lacryma, اُشتُر camelus, pro ِستادن — َشک — ُشتُر.

Vocales breves ــَــِــُ producunt Persae adjungendo iisdem consonantes homogeneas ا ی و ex. gr. بَ bĕ, بَا bā; بِ bĭ, بِی bī; بُ bŭ, بُو bū; (Confer. §. 4: 6) quo in casu ا و et ی vocantur literae prolongationis حُرُوفُ ٱلْمَدّ *'hurūf el medd.*

---

*) Ob majorem facilitatem in hocce libro sonum vocalem τῶ *zeber*, vel *fathae* non productae, per *e* nostrum expressimus; probe autem est notandum hocce *e* semper efferendum esse per *ä breve*, quod idem saepius et in Suecana lingua obtinet, ut in vocabulo *prest*, et multis aliis.

Dupplicatum vocalium signum ـً an, ـٍ in, ـٌ vel ـٌ on, sive *nunnatio*, arabice تَنْوِين *tenwīn*, quae in terminationibus nominum arabicorum occurrit, a Persis negligitur, nisi sit in accusativo absolute vel adverbialiter posito ubi interdum servatur, ex. gr. اِتِّفَاقًا *ittifaqan*, fortuito. Quod si totae sententiae vel phrases arabicae in oratione persica recitentur, observatur quoque nunnatio.

§. 3. *Signa diacritica* sunt:

1) *Dzhesm* جَسْم sive *resectio* ـْ, a Persis saepius سُكُون (quies) adpellatum, quod *schwa* hebraico respondet, indicatque consonantem vocali sono esse destitutam, ideoque quiescentem, non *motam;* e. gr. بَرْ *bĕr* super, دِلْ *dil* cor. Observandum vero est, in linguâ Persicâ omnem consonam in initio vocis moveri, vel, quod idem est, vocali gaudere, in fine vero cujuscunque vocabuli semper quiescere vel vocali sono carere (nisi sit in constructione cum sequenti, de quo infra); unde sequitur supervacaneum esse signum resectionis (ْ) in ultimâ vocabulorum consonâ, ut in دِل *dil* cor, سَر *ser* caput. Quod si duae quiescentes concurrant prior tantum consonans τῶ *dschesm* insignitur: بَرْگ *berg* (lege *bergh*) folium, گَرْم *germ* (lege *gherm*) calidus; si tres,

quarum prima semper est ا و aut ى, media, ex. gr. گُشْتَاسپ *Gyshtasp*, in qua voce tres ultimae: اسپ quiescunt, vel vocali carent. (In nonnullis tamen libris τὸ *dzhesm* omni consonae quiescenti adponitur.)

2) *Teshdīd* تَشْدِيد *corroboratio*, est nota dupplicatae literae ex. c. خُرَّم *khur-rem*, laetus; مُتَحَرِّك *muteʿher-rik*, motus, mobilis. Nonnullae voces nunc *teshdid* habent, nunc omittunt, ut: دُرّ *dyrr* et دُر *dyr* unio, أُمِيد *ymīd* et أُمِّيد *ymmid*, spes.

3) *Medd* مَدّ ~ est nota Elif producti (أَلِفِ كَشِيدَه *Elif keshideh*); hinc loco duorum اا scribitur آ; ut آب pro اب.

4) *Hemzeh* هَمْزَه ء i. e. *compressio*, quae in Arabicis vocibus est nota Elif mobilis, commutati aut absentis, in vocabulis Persicis adhibetur:

I:o *In fine vocum exeuntium in* ه *lene* (§. 4: mom. 8.) cujus sonus evanescens conflatur cum hemzeh, lenem vocalis *i* sonum sibi vindicanti, unde vocatur hemzeh emollitum (هَمْزَه مُلَيَّنَه *hemzeh mulejjeneh*), idque a) ad indicandum praecedentis vocis cum sequenti immediatum nexum, unde vocatur اضافت

izāfet, connexio, et hinc α) *inter duo substantiva*, quorum posterius respondet Genitivo latino; ex. gr. بندهٔ خدا *bendei khudā*, servus Dei, (non vero *bendehi khudā*, quod scribendum esset بندهی خدا) et β) *inter substantivum et adjectivum*, ut بندهٔ چپوک *bendei tschepuk*, servus alacer. b) Ad indicandum 2 personam praeteriti indefiniti verborum, ut گفتهٔ *gâftei* pro گفتهای dixisti. c) Loco Je unitatis (de quo infra) quod numquam vocibus in ه lene desinentibus affigitur ut: چشمهٔ *tshesmei* fons (unus).

2:o Cum duo ي concurrunt, prius punctis inferne positis privatur et compensatur τῷ ء, ex. gr. پائیدن, *pajjiden* stare, permanere; توئی *tūi*, tu es. In vocibus arabicis ي post ا quiescens item punctis privatum assumit ء, ut قائل *qāilan* dicendo.

§. 4. De alphabeto, orthoëpiâ atque orthographiâ Persarum ulterius observentur sequentia:

1) Praeter allatum supra (§. 1.) alphabetum nomine نسخی *Neskhī* (a radice نسخ *descripsit*) insignitum, quartoque Hegirae saeculo inventum, vel potius ex antiquo charactere *Cufico* transformatum, Persae saepissime utuntur aliâ ejusdem

variatione ob formam literarum pendulam تَعْلِيق *talīq* (علق, pendēre) nominatâ. In communi praeterea vita adhibent scripturam magis implicitam et diacriticis consonantium punctis haud raro destitutam, ideoque lectu difficillimam, quae شِكَسْتَه *schekesteh* fracta (alias قِرْمَه *qyrmeh*) audit. — Praeterea observandum, Persas, aeque ac Arabes et Turcas, numquam separare vocabulum quoddam in syllabas, ita ut prior vocabuli pars ad priorem, posterior ad sequentem lineam pertineat, sed si vox quaedam in fine lineae non satis reperiat loci, aut sursum inflectitur scriptura, aut ultimae literae superponuntur prioribus. — Signis interpunctionis etiam carent, saepe nullum inter diversas voces relinquentes interstitium; dictiones enim a se invicem discernuntur literis finalibus, quae peculiari plerumque gaudent formâ, ut م pro ـمـ, ح pro ـحـ etc. Sententiarum vero et periodorum ambitus ipsa constructione definitur, quae *verbum* plerumque ultimo loco ponendum jubet. Adhibentur tamen nonnumquam signa ☆ :. ۞ quae nostris punctis respondent. Capita et majores sectiones librorum distinguuntur literis rubris vel auratis.

2) Literis Arabicis 28 (nam ex 32 supra allatis, quatuor vocibus mere persicis peculiares sunt, scilicet: پ p, چ tsche, ژ zhe et گ gaff) interdum utuntur Persae ad significandos etiam numeros, qua ratione dividuntur hae literae in octo voces technicas, in quibus ordo 22 priorum

consonantium servatur idem, qui in alphabeto Syriaco et Hebraico obtinet:

أَبْجَدْ هَوَّزْ حُطِّي كَلَمَنْ سَعْفَصْ قَرَشَتْ ثَخَّذْ ضَظَغْ

quae fere ita pronuntientur: Eb-dzhed, hevvez, ʿhyττi, kelimen, seʿfes, qershet, tsekkhedz, szesʼzegh.

Tres primae voces, exceptā literā ی, exprimunt *unitates*, ی et duae voces sequentes insigniunt *decades*, sexta et septima cum duabus primis literis octavae *centurias*. غ valet *mille;* quod accuratius docebit sequens tabula, alia etiam arabica et persica numerorum signa, quae ab Indis mutuo accepta, ad nos quoque cum aliquâ mutatione transgressa sunt, ob oculos ponens:

1	ا	١	10	ی	١٠	100	ق	١٠٠
2	ب	٢	20	ک	٢٠	200	ر	٢٠٠
3	ج	٣	30	ل	٣٠	300	ش	٣٠٠
4	د	۴	40	م	۴٠	400	ت	۴٠٠
5	ه	۵	50	ن	۵٠	500	ث	۵٠٠
6	و	۶	60	س	۶٠	600	خ	۶٠٠
7	ز	٧	70	ع	٧٠	700	ذ	٧٠٠
8	ح	٨	80	ف	٨٠	800	ض	٨٠٠
9	ط	٩	90	ص	٩٠	900	ظ	٩٠٠

١٠٠٠ غ ١٠٠٠. 11 = يا = ١١, 12 يب = ١٢ etc.

3) Literae ث ح ص ض ط ظ ع et ق non nisi in vocibus e lingua arabica mutuatis occurrunt. Excipiuntur pauca vocabula, ut: صَدْ *sad*

(Finnice: sata) centum: شَصْت *schest* hamus; طُوطِی *Tūri*, psittacus, et nomina propria طَهْمُرث *Tehmures*, کَیُومَرث *Kejumurs*, اِصْطَخْر *IStakhar*, Persepolis, اِصْفَهان *ISfahān*.

4) Observandum porro literas *emphaticas* ص ض ط ظ et ق sono gaudere fortiori quam respondentes illis س ذ ت ز et ک. Est autem illa emphasis non tantum manifesta in pronuntiatione ipsius consonantis, quantum in sequenti eandem immediate sono vocali, qui hoc in casu obtusior evadit et crassior. Ita vocalis *zir* (i) cum immediate subsequitur consonantem emphaticam eundem fere obtinet sonum ac Ruthenicum ы, h. e. obtusiorem quam purum i; quare bene reddi poterint syllabae صِ ضِ طِ ظِ قِ per Russorum сы, зы, ты, зы, кы. Qui vero sonus obtusior, quum in linguâ Ruthenicā tantummodo ad vocalem i pertineat, in Arabicā et Persicā ad ceteras quoque transit vocales, quae post consonantem positae emphaticam apertius pronuntiantur. Persis vero cum difficilior sit genuina Arabum pronuntiatio, differentia emphaticarum et reliquarum iisdem sono adpropinquantium literarum interdum in ore Persarum evanescit. Sic eodem fere modo proferunt ex. gr. voces مَسْتُور *mestur*, *tectus*, *velatus*, et مَسْطُور *mesтur*, *scriptus*, *delineatus*. Observandum quoque literas

ض et ظ a Persis pronuntiari eodem modo ac ز id est ut *s* lene (Russorum з, Francogallorum *z*), unica est differentia in majori emphasi de qua supra dictum quamque sibi peculiarem habent ض et ظ. Hasce literas ita a se invicem distinguendas censuimus ut ز per z, ض per sz et ظ per s'z redderemus; ص et ط formâ majusculâ (S, T) a س ت (s, *t*) discernuntur, ق per q, ک per k dedimus.

5) Maximam in pronuntiando molestiam nostris organis parit litera ع quae "in profundâ parte gutturis formatur, magnâ faucium dilatatione atque cum quodam gutturis fragore profertur, instar vocis vituli matrem vocantis, qualemque sonum ederet dolore pressus aliquis vim sibi quandam inferens ad aliquid faciendum; quod certe vivam docentis vocem requirit." (Verba sunt Meninskii in *Institution. L. L. Turcicae, Arabicae et Persicae*, pag. 11). Ad quam literam exprimendam utimur in hac nostrâ opellâ signo (ʿ). Ex. gr. عَدَم *ʿedem*, nihilum; كَعْبَه *keʿbe* templum Meccae, سَعْدى *saʿdi*, nomen poëtae celebris.

6) Vocalis *zeber* vel *fatha*, sequente Elif quiescente, producitur in *a* longum (§. 2 in fine), hoc vero aliam omnino in Persicâ, ac in plerisque linguis occidentalibus habet sonum, cum *o* mixtum, ita ut ad Fennicam, in Savoniâ usurpatam, ejusdem vocalis pronuntiationem proxime

دْ, هْ, دْ scribunt, et pro چه را tshīrā (quare) چرا. Quod si prima sequentis vocabuli syllaba incipiat τῷ Elif, mutatur hocce ا in ی, ex. gr. pro به افکن fit primo: بافکن et pro hoc بیفکن bijefken, (abjice!), item pro نه آمد = نه اامد (§. 3. 3.), fit ناامد et dein نیامد nejāmed, non venit. ة finale punctatum (ة) quod in antiquâ Arabum linguâ ut *t* pronuntiatur, in scripturâ persicâ punctis privatur et plerumque fit ه *lene*, ut مدینة *medinatun* urbs, Medina, persice: مدینه *medīne*; aut etiam in ت et ط transit.

9) ن ante labiales ب et پ sonum assumit literae م ex. gr. گنبد *gymbed*, fornix (ut in latinis *im*berbis etc.). ن ante گ fit *n* nasale ut سنگ *seng*, lapis. Sunt et aliae quaedam soni ن variationes, in nonnullis grammaticis allatae, quas si omittas, non multum amittes.

10) Literae ejusdem organi saepe inter se permutantur: Lingualidentales د et ذ saepissime, ut استاد et استاذ *ustād* et *ustādz*, magister, praefectus; کاغد et کاغذ *kaghid* et *kaghidz*, charta scriptoria. Item labiales: ب et پ et

ف, ut آب et آو *āb* et *āw*, aqua; فیروزی et پیروزی *fīrūzī* et *pīrūzī*, victoria; فیل et پیل *fīl* et *pīl*, elephas; سپید et سفید *sepīd* et *sephīd*, albus; ف et و, ut زبان et زفان *zebān* et *zephān*, lingua. Interdum quoque lingualidentales ت et ط, ج et ژ ex. gr. نفت et نفط *naphta*, کج et کژ *kedzh* et *kezh*, curvus; et palatinae ق et ک, ut قهستان et کهستان *kuhistān*, sylva; خناک et خناق *khunāk* et *khunāq*, angina. e. s. p.

11) Signa vocalium vulgo non adpinguntur consonantibus, unde Persarum scriptura evadit lectu difficilior usuque tantum penitus addiscenda. Exercitationi in legendo inserviant, praeter allatum heic infra *specimen lectionis*, index verborum §. 13, et additi ad calcem hujus opellae *dialogi persici*, quos ex ore hausimus Persae indigenae.

12) *Termini technici* varii occurrunt, quos ab Arabibus mutuati sunt Persae. Eorum, qui elementa legendi et scribendi tangunt, maximi momenti sunt: تهجّی *teheddzhī* alphabetum. حروف *'hurūf*, consonantes, literae, (in singular. حرف *'herf*). حرکات *'herekāt*, vocales, proprie:

motiones (singular. حَرَكَت *'hereket*). مُتَحَرِّك *mute'herrik*, mobilis, motus, vocali praeditus. سَاكِن *sākin*, quiescens, vocali carens, زَدَه *zedē* (proprie: truncatus) vocali carens = سَاكِن. جَزْم *dzhesm*, سُكُون *sukūn*, تَشْدِيد *teshdīd*, مَدّ *medd*, هَمْزَه *hemze*, اِضَافَت *izāfet*, de his omnibus vide supra §. 3. حِسَابِ جُمَّل *'hisābi dzhymmel* (proprie: *calculus summarum*) vocantur literae numerales, de quibus dictum est in §. 4: 2. كَشِيدَه *keshīde*, productus, vide §. 2: 1. نُقْطَه *nuqTe*, punctum diacriticum consonanti adpositum, ut in خ, ض etc. مَنْقُوطَه *menqūTe*, diacriticis punctis insignita. Tales consonantes sunt: خ, ذ, ز, ش ض ظ غ; at ح د ر س ص ط ع adpellantur غَيرِ مَنْقُوطَه *ghairmenqūTe*, non punctatae, vel etiam مُهْمَلَه *muhmelē*, punctis privatae. مُوَحَّدَه *muve'h'hede*, *uno* puncto affecta, vocatur litera ب. مُثَنَّاتِ فَوْقَانِي *mutsannāti favqāni*, *duobus* punctis superne positis de litera ت. مُثَلَّثَه *mutselletse*, *tribus* punctis de ث. فَارْسِي *fārsī* vel عَجَمِي *'edzhemī*, *persicae*, vocantur quatuor literae Persis peculiares: پ چ ژ et گ, sed ce-

terae omnes تازی *tāzī* vel عربی *'erebī*, *arabicae*. ب ت ث ح ط ظ ه ی varias assumunt adpellationes secundum vocem numeralem (§. 4: 2.) cujus partem efficiunt: ita ب vocatur بای ابجد *bai ebdzhed*, be vocabuli *ebdzhed*; ت insignitur nomine تای قرشت *tai qershet* ut distinguatur à ط, sive طای حطی *Tai hyTTi*; ح = حای حطی *'hai 'hyTTi*, sed ه = های هوز *hai hewwez* e. s. p. He *aspiratum* (§. 4: 8) vocatur های جلی *hai dzhelī* he distinctum, vel etiam های مظهر *hai mus'zher*, he visibile, sensibile; item های ملفوظ *hai melfūs'z*, i. e. he pronuntiatum. He *lene* (§. 4: 8) adpellatur های مخفف *hai mukheffef*, vel های خفی *hai khefi*, he occultatum, vel های زده *hai zedē*, he quiescens, et های بیان حرکت *hai bejani hereket*, he signum vocalis (vide §. 4: 8.). Literae و et ی interdum sonum habent in vocibus persicis sibi peculiarem, qui in linguà arabicà non obtinet (ita e §. 4: 7, novimus vocabulum خوش pronuntiari *khâsh*), quo in casu insignitur hic sonus termino technico مجهول *medzh-hūl* i. e. *ignotus*, item فارسی

farsii et عجمی *ʿedzhemī* i. e. *persicus* *); ubi vero sonus harum literarum idem manet ac in linguâ arabicâ, adpellatur معروف *meʿrūf* (notus) vel عربی *ʿerebī* vel تازی *tāzī* (arabicus).

---

*) Hujus rei adfert *Lumsden* (l. c. Tom. I. pag. 9) duo tantummodo exempla: مور *formica* et بید *salix* (Sveth. wide), quo autem modo pronuntiandae sint istae voces non indicit. Putaverim in مور sonum و proxime accedere ad *y* nostrum vel *ü* Germanorum; id scil. e locutione colligo proverbiali: گور پر مار و مور *kuri pyr mār u m-r* (sepulcrum serpentibus et formicis plenum) ubi sine omni dubio پر pronuntiatur *pyr*, quare etiam مور, ut homoeoteleuton fiat, pronuntiandum esse videtur *myr*. Quod vero ad یای مجهول (*je ignotum*) adtinet, res est difficillimae indaginis; haud tamen graviter errabis si کی τῷ *kesre* vel *zir* insignitum ubique proferas: *i*. Est quidem vulgaris opinio یای مجهول pronuntiandum esse per *e*, id vero non ab omnibus, ne eruditis quidem Persis observari certissime scio. Observat Lumsden, lib. cit. pag. 72: „I shall take this opportunity of inserting an observation, which J omitted in its proper place; namely, that the unlearned part of the inhabitants of *Eeraun* often deney the existence, in the Persian language, of the sound represented by *wao* and *ya mujhool*, which they invariably pronounce, like

Specimen Lectionis:

(e *Gulistani* libro 2, fabula 4).

حِکَایَت دُزدِی بِخَانَهٔ پَارسَائِی دَرآمَد چَندَانکِه
طَلَب کَرد چِیزِی نَیَافت دِلتَنگ شُد پَارسَا را خَبَر شُد
گِلِیمِی کِه بَر آن خُفتَه بُود دَر رَاهِ گُذَرِ دُزد
اَندَاخت تَا مَحرُوم نَگَردَد

قِطعَه شَنِیدَم کِه مَردَانِ رَاهِ خُدَا
دِلِ دُشمَنَان رَا نَکَردَند تَنگ
تُرَا کَی مُیَسَّر شَوَد اِین مُقَام
کِه بَا دُوستَانَت خِلَافَست و جَنگ

مَوَدَّتِ اَهلِ صَفَا چِه دَر رُوی وَچِه دَر قَفَا نَه
چِنَانکِه اَز پُشت عَیب گِیرَند وَپِیشَت بِمِیرَند
بَیتَان دَر بَرَابَر چُو گُوسفَندِ سَلِیم
دَر قَفَا هَمچُو گُرگ مَردُم خوَار

---

wao and *ya maaroof*. The distinction howewer is recognized in every lexicon; and will not be controverted by a well educated Persian." De hac eâdem re videsis *Jahrbücher der Literatur* (Wien 1827) Tom. 40: pag. 157, 7).

هر که عیبِ دیگران پیشِ تو آورد و شمرد
بیگمان عیبِ تو پیشِ دیگران خواهد برد

ʿhikājet: duzdī bekhānei parsāii derāmed, tshenānki Teléb kerd, tshīzī nejāft; dilteng shyd; pārsārā khebér shyd;
kilīmī ki ber ån khoftē būd der rāhi gydzerī duzd endūkht, tā meʿhrūm négerded.

qitʿe: shĕnīdēm kĭ mērdān (ĭ) rūhī khŭdā*
*dĭlī dy̆shmĕnān rā nĕkērdēnd (ĭ *) tēng*
ty̆rā kēj mŭjēssēr shĕvēd īn my̆qām
kĭ bā dūs(ĭ)tūnēt khĭlāfēst ŭtshēnk.

mevēddeti ehli Sefā, tshi der ruj vetshi der qefā, ne tshenānki ez pysht ʿeib gīrend, vepishet bĭmīrend;

beitān: dēr bĕrābēr tshŭ gūsĭfēndī sĕlīm
dēr qĕfā hēmtshŭ gy̆rgĭ mērdūmĭkhār
hēr kĭ ʿeībī dīgĕrān pīshī tŭ āvērd ūshy̆my̆rd
bīgy̆mān ʿeībī tŭ pīshī dīgĕrān khākēd by̆rd.

Versio ejusdem fabulae.

Narratio: fur quidam in domum religiosi (devoti) intravit, quantumcunque quaereret, nihil invenit; corde arctatus (contristatus) est; devoto (haec res) innotuit; pallium, super quo dormierat, in viam transitûs furis (quâ eundum erat furi) conjecit, ne (suâ spe) frustraretur (fur).

Stropha: Audivi quod homines viae Dei
(homines Deo devoti)

---

*) Ubi plures concurrunt consonantes, additur vocalis brevissima ob metrum; qua de re infra ulterius agetur.

cor inimicorum non reddant anxium;
tibi quomodo concedi posset talis status,
cui cum amicis tuis controversia est et rixa.

Amor hominum purorum, sive in conspectu (adstent) sive a cervicibus, non ejusmodi est, ut a tergo vitia (tua) recenseant, et a fronte moriantur (pro te mori paratissimos se esse ostentent).

Distichon: In conspectu, sicut ovis, est mansuetus;
a tergo, sicut lupus, homines rodens.

Quisquis sit qui vitia aliorum ad te adportet et recenseat,
sine dubio vitia tua coram aliis narrabit idem.

Caput Secundum.

De Partibus Orationis.

§. 5. Grammatici Persarum, ad imitationem Arabum, tres tantummodo numerant partes orationis. 1) اِسْم (*ism*) *Nomen*, quod omnia nomina, tam substantiva quam adjectiva, et *pronomina* complectitur. 2) فِعْل (*fi'l*) *Verbum*, et 3) حَرْف (*herf*) *particula*, cujus diversae species sunt: *adverbia*, *praepositiones*, *conjunctiones* et *interjectiones*.

§. 6. Quum haud exigua nominum pars e Verbo derivetur, nos, methodo insistentes Grammaticorum orientalium, doctrinam de Verbo Nomini praemisimus.

De Verbo.

§. 7. Praeter vulgata genera: *Activum*, *Passivum* et *Neutrum* lingua Persarum gaudet genere Verborum quod *Caussale* sive *Hiphilicum* nominari poterit, quodque, si e verbo *Activo* i. e. *transitivo* derivatur, significatione gaudet *dupliciter transitivâ*, si e verbo *neutro*, tantum *transitivâ*. Ex. gr. پَرْوَرْدَن *perwerden, educare;* unde fit پَرْوَرَانْدَن *perverānden*, quod est dupliciter transitivum et significat: *ita in aliquem agere ut ille alium educat*, *educare facere*, *educandum curare.* E verbo neutro اُفْتَادَن *uftāden*, (Russ. пáдать) *cadere*, derivatur verbum caussale اُفْتَانِيدَن *uftānīden*, *agere ut quis cadat*, *cadere facere*, *labefactare.* Derivantur ista verba caussalia ex *imperativo* primitivorum et dignoscuntur ab aliis peculiari iisdem terminatione آنْدَن *ānden* vel اَنِيدَن *anīden.* — Observandum praeterea multa Verba formae activae apud Persas modo activâ modo passivâ gaudere significatione, qualia sunt, ex. gr. آمُودَن *āmūden*, *parare* et *parari*, كُشَادَن *kyschāden*, *aperire* et *aperiri*, آمُوخْتَن *amukhten*, *docere* et *doceri*, آمِيخْتَن *amīkhten*, *miscere* et *misceri.* (Quod idem saepius fit in linguâ Suethicâ ex. c. smälta, staka, sjuda, smälla etc.)

§. 8. Ad *reciprocas* et *reflexivas* actiones significandas nullâ peculiari formâ gaudet lingua Persica; *illas* additis verbo activo vocabulis یکی دیگر را *jek diger ra*, unus alium, alter alterum (ut in Ruthenicâ другъ друга; in Suecanâ: den ene den andre, l. hwarandra), *has* adnectendo eidem verbo activo pronomine reflexivo خود را *khud ra* (vel خویش را *khish ra*), *semet ipsum*, exprimunt.

§. 9. Verba *auxiliaria*, quorum ope varia verborum tempora conjugantur, sunt verba substantiva ام *em*, (raro هستم) *sum*, بودن *büden*, (Russ. буду, быть) *esse*, ad formanda tempora praeterita formae activae; verbum خواهیدن *khdhīden*, *velle*, ad formandum futurum compositum, et شدن *shuden*, *fieri*, ad formandum Passivum.

§. 10. *Modi* Verborum sunt septem: 1) *Infinitivus*, qui, haud secus ac in linguâ Teutonicâ, substantivi vicem saepissime implet, cujusque duae sunt species *α*) *Infinitivus integer* in ن *en* (sicut in linguâ Germanicâ) ex. gr. گرفتن *giriften* (greiffen) *capere*; *β*) *Infinitivus apocopatus*, ortus a priori, abjectâ terminatione ن *en*, ex. gr. گرفت *grift*, idem. 2) *Indicativus*, 3) *Subjunctivus*. 4) *Conditionalis*. 5) *Optativus*. 6) *Imperativus*. 7) *Prohibitivus*.

Participia sunt duo formae activae: *praesens* et *praeteritum*, quorum *hoc* etiam passive usurpatur.

§. 11. *Tempora* sunt: 1) *Aoristum*, (h. e. indefinitum) quod praesens et futurum simul includit, 2) *Praesens*, 3) *Praeteritum definitum*, 4) *Imperfectum*, 5) *Praeteritum indefinitum*, 6) *plusquamperfectum*, 7) *Futurum absolutum simplex*, 8) *Futurum compositum* et 9) *Futurum exactum*.

§. 12. Numeri duo: *Singularis* et *Pluralis; Personae* tres, in utroque numero. (Verba sic dicta *impersonalia*, vel *unipersonalia*, tertiâ tantum gaudent personâ singularis numeri).

§. 13. In *Conjugatione* Verborum Persicorum maximi momenti est *formatio Imperativi ex Infinitivo*, quam si noveris ceterae omnes flexiones planae evadent et faciles, quippe quae ex Infinitivo et Imperativo ad certas regulas formari possint. Est igitur Infinitivus omnium temporum *fons* et origo *), quare etiam a Grammaticis

---

*) Si ad ipsam *genesin* variarum flexionum verbalium adtendas, inversa potius valet ratio, h. e. imperativus, utut simplicior et e minori literarum numero constans melius pro *radice* haberi posse videtur, quam Infinitivus, praesertim integer ille (vel si mavis prolongatus); nos tamen, ab omni abstinentes innovatione et brevitati praeceptorum incumbentes, contrariâ progressi sumus viâ. Vindicat autem *infinitivus* suo etiam jure sibi nomen *τῦ* مصدر i. e. *fontis*, seu *originis*, utpote principium significationis verborum, ab omnibus adventitiis determinationibus verbi finiti liberae; quare, si Imperativum ut genneticam sive etymologicam radicem verborum agnoscamus, Infinitivum tamen ut logicam ejusdem radicem considerare haud erit absurdum.

مَصْدَر *mezder*, adpellari solet; ratione autem habitâ ad formationem Imperativi ex Infinitivo, observandae sunt hujus terminationes variae: 1) in یدن *īden*, 2) in دن *den*, sine praevio ی, 3) in تن *ten;* et dein ad sequentes adtendendum *canones universales:*

Verba in یدن *formant Imperativum abjectâ hac ipsâ terminatione, i. e. rescissis tribus ultimis literis,* ex. gr. رسیدن *resīden*, *venire*, رس *res, veni tu!*

Verba in دن (absque praevio ی) *et* تن, *in formando Imperativo vulgo abjiciunt has duas ultimas literas*, ex. gr. پروردن *perwerden*, educare, پرور *perwer*, educa tu! خواندن *khânden*, legere, خوان *khân*, lege! بافتن *bâften*, texere, باف *bâf*, texe! کشتن *kyshten*, occidere, کش *kysh*, occīde! Sed *multa* sunt Verba in imperativo *irregularia*, quorum *indicem alphabeticum* praebent paginae hujusce libri ultimae; quem vero indicem in fine operis eo consilio posuimus, ut facillime quandocunque inveniri et semper ad manum esse possint usitatissima haecce Verba irregularia *).

---

*) Quamvis observando *canones*, quos supra citavimus, *universales*, et ope memorati *indicis verborum irregularium alphabetici*, maxima difficultas doctrinae de verbis persicis, quae in formando Imperativo

sita est, superari possit; haud tamen abs re esse judicavimus, eorum praesertim in usum, qui accuratiorem et magis systematicam verborum Persicorum cognitionem capere et uno quasi obtutu eadem amplecti cupiant, heic, duce in primis Cel. Lumsden, fusiorem ejusdem rei proponere enucleationem. Hoc respectu praecipue observandae sunt literae, quae terminationem Infinitivi دن l. تن immediate praecedunt, quippe quae characterem efficiant diversarum classium Verborum.

Formatio Imperativi ex Infinitivo, per omnes undecim Verborum classes, literis quae دن *et* تن *in Infinitivo praecedunt* (ا ر ز ف ش س خ پ و ن م) *determinatas.*

I. *Classis Prima* verba in ادن *āden.*

1) Formant Imperativum abjectâ hac ipsâ terminatione.

Verba hujus ordinis sunt quatuor:

Infinitivus.		Imperativus.	Infinitivus. Imperativus.
افتادن	cadere	افت	*uftāden, uft.*
ایستادن	stare	ایست	*Istāden, Ist.*
فرستادن	mittere	فرست	*firistāden, firist.*
نهادن	ponere	نه	*nihāden, néhh.*

2) Mutatis ادن in ای *āj*, (ad similitudinem Verborum in ودن *ūden*, Class. VI. 1) quae sunt:

آمادن et آمودن	parare, cfr. infra mom. 3)	آمای et آما	*āmāden* et *āmūden* — *amāj.* et *āmā.*
زادن	parere; nasci.	زای	*zāden, zāj.*
کادن	coire	کای	*kāden, kāj.*

Infinitivus.		Imperativus.	Infinitivus.	Imperativus.
کشادن et کشودن	aperire et aperiri	کشای	kyshāden, et kyshūden	kyshāj.

3) *Irregulariter* formant Imperativum:

آمادن	parare	آماز	*āmāden, amāz.*
دادن	dare	ده	*dāden, dehh.*
ستادن	sumere	ستان	*sitāden, sitān.*

II. *Classis Secunda* in ردن rden.

1) abjiciendo دن, ex. gr.

آزاردن	offendere	آزار	*āzārden, āzār.*
افشاردن	spargere	افشار	*effshārden, effshār.*
انگاردن	opinari, suspicari	انگار	*engārden, engār.*
اوباردن	devorare	اوبار	*ewbārden, ewbār.*
پروردن	educare	پرور	*perwerden, perwer.*
خوردن	edere	خور	*khurden, khūr.*
گذاردن	transire; pendĕre	گذار	*gydzārden, gydzār.*
گزاردن	pendĕre, solvere	گزار	*gyzārden, gyzār.*
گستردن	sternere	گستر	*gysterden, gyster.*
سپاردن	tradere	سپار	*sypārden, sypār.*

2) Abjectis دن et interpositâ, ante ultimam Imperativi, literâ ا vel ي, talia sunt:

افشردن et فشردن	spargere; manu comprimere.	افشار	*effsherden* et *fyshyrden*	*effshār.*

Infinitivus.		Imperativus.	Infinitivus. Imperativus.
سپردن	tradere	سپار	*sypyrden, sipār.*
شمردن	numerare	شمار	*shymyrden, shymar.*
مردن	mori	میر	*myrdèn, mīr.*

3) Irregulariter:

آوردن	adferre	آر	*āwerden, ār.*
بردن	ferre	بر	*byrden, bĕr.*
کردن	facere	کن	*kerden, ky̆n.*

III. Classis Tertia.

زدن	ferire	زن	*zeden, zĕn.*

IV. Classis Quarta.

آمدن	venire	آی	*āmeden, āj.*

V. Classis Quinta.

Verba in ندن *nden*, quotquot sunt, formant Imperativum rejectà terminatione دن ex. gr.

افکندن	projicere	افکن	*efkenden, efken.*
افشاندن	spargere	افشان	*efshānden, efshān.*
آگندن	implere	آگن	*āgenden, āgen.*
پراگندن	dispergere	پراگن	*perāgenden, perāgen.*
خواندن	legere	خوان	*khānden, khān.*
راندن	pellere	ران	*rànden, ràn.*
ستاندن	sumere	ستان	*sitānden, sitān.*
ماندن	manere	مان	*mānden, mān.*

VI. Classis Sexta, in ودن ūden.

1) Plurima mutant ودن (ūden) in اى (āj) ex. gr.

Infinitivus.		Imperativus.	Infinitivus. Imperativus.
آزمودن	experiri	آزماى	*āzmūden, āzmāj.*
آسودن	quiescere	آساى	*āsūden, asāj.*
افزودن et فزودن	increscere	افزاى	*efzūden et fezūden* } *efzāj.*
آلودن	inquinare	آلاى	*ālūden, ālāj.*
اندودن	inungere	انداى	*endūden, endāj.*
بخشودن	donare	بخشاى	*bekhshuden, bekhshāj.*
پالودن	percolare	پالاى	*pālūden, pālāj.*
پيمودن	metiri	پيماى	*pejmūden, pejmāj.*
زدودن	polire	زداى	*zedūden, zedāj.*
ستودن	laudare	ستاى	*sitūden, sitāj.*
سودن	terere	ساى	*sūden, sāj.*
شخودن	lacerare unguibus	شخاى	*shukhūden, shukhāj.*
فرمودن	jubere	فرماى	*fermūden, fermāj.*
كشودن	aperire	كشاى	*gyshūden, gyshāj.*
نمودن	ostendere	نماى	*nymūden, nymāj.*

2) Nonnulla abjiciunt دن sono vocali *pish* (*o*) nunc servato, nunc in *zeber* mutato; ex. gr.

بودن *)	esse	بو *)	*būden; bow, bew* *)
درودن	demetere	درو	*dyrūden; dyrow* et *direw.*
شودن *)	fieri	شو	*shūden;**) *shew.*

*) Pro بودن saepius usurpatur بدن *būden,* et pro

Sunt tamen tria verba: بَایِستن *bāisten*, oportere, شَایِستن *shāisten*, decere, سَزِیدن decere, dignum esse, quae absolute, h. e. sine nominativo expresso, usurpantur in tertiâ personâ singularis numeri temporum praesentis, aoristi et imperfecti. Ex. c. in praesenti: مِیبَاید *mībājed*, (vel بَاید همی *bājed hēmī*), oportet; — میشاید *mīshājed*, decet; — مِیسزد *mīsezed*,

يافتن اِطّلاع *irrila jāften*, (VIII τῦ طلع) perspicere.

Obs. 1. In conjugandis verbis compositis particula مي *immediate* antecedit verbo *simplici:* ex. c. مراجعت ميكنم obviam eo: حسد ميبرد *invidebat*, etc. Idem valet de verbis: خواستن *khästen* vel خواهيدن *khahīden*, et impersonalibus: توانستن *tyvänisten*, بايستن *bäisten*, شايستن *shäisten;* falso igitur diceres خواهم انتظار كرد volo exspectare, pro انتظار خواهم كرد e. s. p.

Obs. 2. Persae saepissime, ut ex allatis patet, vocibus utentes arabicis, orthographiam earundem pro suâ pronuntiandi methodo immutant, ita terminatio infinitivi V:æ et VI:æ speciei verborum arabicorum quorum ultima radicalis est و vel ي, regulariter exiens in ـٍ (*in*), a Persis mutatur in ـى ي vel اً (ā) ex. c. تقاضا vel تقاضى pro تقاضٍ, necessitas. Ubi vero in ة exit vox arabica, haec terminatio in linguâ persicâ mutatur in ت aut in ه otiosum. ex. c. e مراجعة fit مراجعت vel مراجعه.

§. 30. Sectionem de verbo finiat enumeratio *terminorum technicorum* a Grammaticis arabico-persicis in expositione verborum maxime usitatorum: فعل *fi'l*, verbum, — مُتَعَدّی *myte'eddi*, transitivum; — لازم *lāzim*, intransitivum. — مُطاوِع *murāv'i* passivum et neutrum. — تَصْرِيف *tesrīf*, flexio l. conjugatio verbi; — ميزان *mīzān*, paradigma, norma (proprie: libra, trutina) — صيغه *sighe*, forma, — صيغهٔ مَعْرُوف *sighei me'rūf* vel مَعْلُوم *me'lūm*, forma activa (proprie forma nota, i. e. forma innuens actionem, cujus agens (subjectum) est notus); — صيغهٔ مَجْهُول *sighei medzhūl*, forma passiva, (proprie ignota, quoniam in *passivo* subjectum agens non insignitur, quam ob rem *passivum* etiam arabice nominatur: مَفْعُول مَا لَمْ يُسَمَّ فَاعِلُهُ *mef'ulun mā lam jusamma fāiluhu*, actum cujus agens non est insignitus. — فَاعِل *fā'il*, agens, subjectum, nominativus verbi activi; — مَفْعُول *mef'ūl*, actum, objectum. — مَصْدَر *mesder*, infinitivus (proprie: fons, origo). — أَمْر *'emr*, Im-

perativus (proprie: mandatum). — نَهْى *nehj*, prohibitivus. — حَال *'hāl*, praesens tempus. — مُضارِع *müszār'i*, aoristum; — مَاضِىٔ مُطْلَق *masziji murlaq*, (praeteritum absolutum l. definitum. — مَاضِىٔ اِسْتِمْرارى *istimrāri*, praeteritum continuationis, i. e. imperfectum; — مَاضِىٔ قَرِيب *masziji qerīb*, praeteritum indefinitum (propinquum); — مَاضِىٔ بَعِيد *masziji be'īd*, praeteritum plusquamperfectum (remotum). — مَاضِىٔ مَشْكُوك *masziji meshkūk*, praeteritum subjunctivi, conditionalis, optativi (proprie: dubium) — مُسْتَقْبَل *musteqbil*, futurum. — صِيغَهٔ وَاحِد *sighei vā'hid*, forma singularis numeri; — صِيغَهٔ جَمْع *sighei dzhem'*, pluralis. — صِيغَهٔ مُذَكَّر *sighei mudzekker*, forma masculina, — صِيغَهٔ مُؤَنَّث *sighei muvennets*, forma feminina. — شَخْص *shekhs*, l. نَفْس *nefs*, persona. — مُتَكَلِّم *mütekellim*, prima persona, (proprie: qui loquitur); — مُخَاطَب *mükhāreb*, secunda persona (ad quem loquuntur). — غَائِب *ghāib*, tertia persona (absens).

— اسمِ فاعل *ismi fāil*, participium activum.

— اسمِ مَفعُول *ismi mef'ūl*, participium passivum.

De Nomine.

§. 31. In Nomine, اِسْم (quod pronomina etiam atque numeralia complectitur) consideranda sunt: genus, numerus, declinatio, derivatio et compositio.

§. 32. Ut in *verbis*, ita in *nominibus* persicis nulla esse solet generum (masculini, feminini, neutrius, etc.) distinctio. Sexus vero animantium aut peculiari nomine insigniuntur, ut پسر *pўser*, puer, كنيز *kenīz*, puella; پدر *pўder*, pater, مادر *māder*, mater; برادر *bўrāder*, frater, خواهر *khāher*, soror; مرد *merd*, vir, زن *zen*, femina; aut, ubi communi adpellatione uterque sexus nominatur, additis vocibus نر *ner* l. نره *nere*, (cfr. ἀνήρ) mas et ماده *māde* (cfr. Magd) femella, discernuntur. Ex. c. شير نر *shīri ner*, leo, شير ماده *shīri māde*, leaena; شيران نر *shīrāni ner*, leones, شيران ماده *shīrāni māde*, leaenae; نر گاو *ner gaw*, bos, (mas), گاو ماده *mādē gaw*, vacca. De hominibus potius adhibentur voces مرد *merd*, vir et زن *zen*, femina: پير مرد *pīri merd*, senex (vir); پير زن *pīri zen*, ănus.

§. 33. Numeri nominum *substantivorum* (in adjectivis enim nullum fit numeri discrimen, nisi ubi substantivorum vicem impleant) duo sunt: *singularis* et *pluralis*. *Duālis* in vocibus mere persicis numquam, in vocabulis pure arabicis interdum occurrit.

Formatio pluralis numeri
generalem hanc legem sequitur:

§. 34. Nomina, quae essentias *animatas* designant, faciunt pluralem, addendâ nominativo singulari terminatione ان *ān:* مرد *merd,* vir, pl. مردان *merdān*, viri; زن *zen*, mulier, plur. زنان *zenān;* برادر *bўrāder*, frater, pl. برادران *bў-rāderān*, شير *shir*, leo, شيران *shirān* *). Nomina vero *rerum inanimatarum* formant pluralem additâ terminatione ها *hā:* بازار *bāzār*, forum, بازارها, باغ *bagh*, hortus, باغها *bagh-hā;* سنگ *seng*, lapis, سنگها *seng-ha*, lapides.

Circa hanc legem universalem observentur sequentia:

α) Nomina animalium *ratione carentium* duplici gaudent plurali, altero in ان *ān*, altero in ها *hā*. Ex. gr. شتر *shŭtur*, camelus, pl.

*) Horum in numerum etiam *solem* a *Persis* esse relatum, non est quod mireris: habet adeo افتاب *afitab* sol, in plurali: افتابان *afitabān*.

شتران *shuturān* et شترها *shuturhā;* مرغ *murgh*, avis, pl. مرغان *murgh-ān*, et مرغها *murgh-hā;* اسپ *esp*, equus, اسپان et اسپها, *espān* et *esp-hā.*

β) Praeter regularem pluralem in ها, alium in ان adsciscunt nomina quaedam determinatum temporis spatium designantia: شب *sheb*, nox, شبها *shebhā* et شبان *shebān;* روز *rūz*, dies, روزها *rūshā*, et روزان *rūzān;* ماه *mahh*, mensis, ماهها *mahhā* et (*irregulariter:*) ماهیان *māhiān;* سال *sāl*, annus, سالها *salhā* et سالان *salān* (et *irregulariter:* سالیان *sāliān*). — Idem valet de quibusdam membris corporis duplicibus: دست *dest*, manus, pl. دستها *desthā* et دستان *destān*, لب *leb*, labium, pl. لبها *leb-hā* et لبان *leban;* (سر *ser*, caput, سرها *serhā*, pluralem in ان admitit ubi metaphorico sensû *ducis*, l. *capitis exercitûs* adhibetur); itemque de rebus in uno loco uberius nascentium, ut میوه *mive* vel *meive*, fructus, plur. میوها *miveha* l. *meiveha* et میوگان *mivegan* l. *meivegan*, (de hoc nomine cfr. infra litt. *γ*); درخت *direkht*, arbor, pl. درختها *direkhthā* et درختان *direkhtān*, گوهر *gevher*, gemma, گوهرها *gevherhā* et گوهران *gevheran*, سخن *sukhen*, plur. سخنها *sukhenhā* et سخنان *sukhenān*.

γ) In formando plurali valde interest utrum ه *aspirato* an *leni* (§. 4. 8.) terminetur nominativus singularis. Priori enim in casu e regulâ universali nulla fit exceptio, ut: پدشاه *padshahh*, pl. پدشاهان *padshahh-ān;* راه *rahh,* via, pl. راهها *rahh-ha;* quod si in ه *lene* seu *otiosum* exeat vox rem *animatam* significans, in plurali illud ه transit in گان *gān;* ex. c. خوجه *khodzhe*, magister, pl. خوجگان *khodzhegān;* بنده *bendē*, servus, pl. بندگان *bendegān;* بچه *betshe*, filius, parvulus, pl. بچگان *betshegān;* (nonnumquam ه *lene* in plurali retinetur, nec eo minus additur terminatio گان, ut: فرشته گان *firishte(h)gān*, angeli, مرده گان *myrde(h)gān*, homines mortui). In nominibus autem *inanimatis*, ه *lene*, ante ها plerumque excidit, ut میوه *fructus*, میوها *mivehā;* جامه *dzhame(h)* vestis, pl. جامها *dzhamehā;* باده *bade(h)*, vinum, بادها *badehā;* خانه *khane(h)*, domus, خانها *khānehā;* نامه *nāme(h)*, liber, نامها *nāmehā;* quod si ه *lene*, interdum retineatur terminatio ها seorsim scribitur, ut: میوه ها fructus.

δ) Vocabula in ا vel و exeuntia, hiatûs e concursu duorum vocalium evitandi gratiâ, ante ان et ها adsumunt ی euphonicum ex. c. دانا *dānā*, sciens, sapiens, pl. دانایان *dānā jān*, pro: *dana-an*, sapientes; پرستو *perestū*, pl. پرستویان *perestu jān*, hirundines. نیکو *niku*,

bonus, pl. نیکویان *niku-jan*, boni homines. پا *pā*, pes, pl. پایها *pāiha*. (Horum morem sequuntur: سال annus, pl. irr. سالیان *sali'ān*, ماه mensis, ماهیان, *māhiān*, vide supra lit. *β*).

Excipe: نیا *niā*, avus, pl. نیاگان *niāgān*, majores; بازو *bāzū*, brachium, pl. بازوان *būzăvān*.

ε) Nomina ex arabicâ linguâ mutuo accepta nunc propriam suam, sanam vel fractam, retinent pluralis numeri formam, nunc persicam adsciscunt terminationem, ex. c. مسافر *musafir*, hospes, in plurali: مسافرون et مسافرین *musāfirūn* et *musāfirīn*, secundum linguae arabicae indolem, et مسافران *musafirān*, persice; تقصیر *teqsīr*, defectus, pl. arab: تقصیرات, persice: تقصیرها; عاقل *'āqil*, sapiens, pl. عاقلان *'āqilān*; عالم *'alim*, sapiens, علما *'ulemā*, pl. fractus arabic.; item امیر *emīr*, princeps, pl. امرا *umrā*, ملک *melik*, rex, pl. ملوک *mŭlūk*; شاعر *shāir*, poëta, pl. شعرا *shuerā*; عیب *'aib*, vitium, plur. pers. عیبها; pl. arab. عوایب *'avāib*; et innumera alia, quae grammatices arabicae cognitionem necessario requirunt.

Ex nimio porro linguam arabicam imitandi studio factum est, ut voces mere persicae, praesertim quae in ه otiosum desinunt, ad instar nominum arabicorum generis feminini, in plurali

flectantur per ات *āt* et جات *dzhāt*, qui abusus in libris persicis recentiori tempore in Indiâ editis praecipue invaluit, ex. c. نوشته *newishtē*, scriptum, epistola, pl. نوشتجات *newishtedzhāt;* نوازش *newāzish*, pl. نوازشات *newāzishāt*, blanditiae. Quid? quod fractam etiam pluralis arabici, vel nominum *collectivorum* arabicorum, formam interdum imitari conentur Persae; ex. c. دهاقین *dehaqīn*, (ad imitationem formae collectivae فَوَاعِيل) e nomine singulari دهقان *dehqān*, rusticus, cujus verus pluralis est دهقانان *dehqānān.*

§. 35. In declinatione nominum persicorum exponendâ, mentio fiet tantummodo de substantivis, etenim adjectiva in hac linguâ, haud secus ac in anglicâ, nulli esse solent mutationi obnoxia, nisi ubi substantivorum vicem gerant, quo in casu easdem sequuntur regulas, ac ipsa substantiva.

1) *Casus obliquos* lingua Persarum proprie habet nullos. Nominativus singularis varie terminatur semperque in consonantem exit; De Nominativo pluralis numeri in praecedenti §. jam satis est actum.

2) Ratio, quam linguae sic dictae syntheticae, casibus exuberantes, per *Genitivum* exprimunt, in linguâ persicâ insignitur per *constru-*

ctionem, quae sermoni hebraico ceterisque dialectis semiticis proxime accedit, in eoque consistit, ut nomen, pro diversà, quam in enuntiatione quadam habet, vi et notione, locum obtineat diversum, certâ lege definitum. Hinc fit, ut e duobus substantiuis, nomen, quod ad linguae ex. gr. suecanae indolem in *genitivo* ponitur, in persicâ linguâ semper immediate *postponatur* nomini a quo logice pendet, sed nulli de cetero mutationi vel flexioni subjiciatur. Nominativus vero (vel casus cum genitivo *constructus*) *priorem* semper sibi vindicat locum; intimi autem, quo cum sequenti, ut complemento suo, cohaeret, nexûs insigniendi caussâ, adsumit sonum finalem *ĭ* (*kesre* seu *zir*, a grammaticis orientalibus كسرهٔ اضافی *kesrei ızāfī*, kesre relativum, adpellatum). Flectitur igitur, non genitivus, sed, methodo in linguis occidentalibus prorsus ignotâ, ipse *nominativus*. Ex. gr. باغ پدر *bagh-ĭ pyder*, hortus patris; پسران مادر *pyserān-ĭ māder*, filii matris; کتاب من *kitāb-ĭ men*, liber meus (من = ego).

Not. α) Si nomen antecedens (quod ad terminologiam linguarum semiticarum in *statu constructo* esse dicitur) desinit in literas ا vel و *quiescentes*, adjicitur, pro vocali *kesre*,

ipsa consonans ی (*jai izāfet*) aut signo vocali sibi proprio (ـِ) aut *hemzē* leni (ء), vide (§. 3. 4.) adfecta, ex. gr. بابای پسر *babaji pyser*, pater pueri; میوهایِ درخت *meivehaji direkht*, fructus arboris; روئ زمین et رویِ زمین *ruji zemin* *), superficies terrae. — Pluralia arabica in اءُ modo *hemzē* retinent modo in ی permutant ex. c. اُمراءُ شهر vel امرای شهر *umerāi shehr*, principes urbis.

---

*) Duplex haec scribendi methodus inde orta videtur, quod vocibus in ا ـَ et و ـُ exeuntibus saepe, ob euphoniam, addi soleat litera ی (یائ زائد *jai zāid*, je addititium), unde fit, ut promiscui usûs sint ex. gr. voces: پا *pā* et پای *pāj*, pes, جا *dzha* et جای *dzhai*, locus, چا *tshā* et چای *tshāj* (чаü) thea, خدا *khudā* et خدای *khudāj*, Deus; بو *bū* et بوی *būj*, odor, رو *rū* et روی *rūj*, facies, superficies, سو *sū* et سوی *sūj*, latus, شو *shū* et شوی *shūj*, conjux, maritus, مو *mū* et موی *mūj*, crinis etc. Si igitur tale nomen tibi repraesentes in statu *absoluto*, i. e. non sequente genitivo, scriptum per ی (پای جای etc.), in *constructo* addas, necesse est, *hemze lene* (ex. gr. پائ قلعه *pāji qal'e*, pes arcis) si vero ponas, easdem voces in statu absoluto literâ ی privatas esse, sufficiet in statu constructo unum addidisse ی (پایِ قلعه).

Not. *β*) Quod si per se jam in ى desinat nomen antecedens, additur eidem in statu constructó ٔ: ut وادیٔ عشق *vadiji* ʿ*eshk*, vallis amoris; وادیٔ فقر *vadiji feqr*, vallis paupertatis. Hemze tamen nonnumquam omittitur, et ی finale, ob metrum, per teshdid dupplicari potest.

Not. *γ*) Si demum in ه otiosum exit nomen ante genitivum positum nota, ejusdem cum sequenti nexûs erit *hemze lene* (§. 3. 4.) ut: بندهٔ خدا *bendei khudā*, servus Dei.

3) Quae in variis linguis *Dativo* casû innuitur relatio, ea in linguà persicà designatur ope paeticulae را *rā*, quae nomini postponitur, ex. c. باغ را *bāgh rā*, horto; باغها را *bāgh-hā-rā*, hortis; اسپ را equo, اسپان را *espānrā*, equis.

Not. In eundem finem auctores, antiquioris praesertim aevi, utuntur duplici particulà مر—را *mer-ra*, quarum prior nomen antecedit, posterior subsequitur, ex. c. مر او را بخواند *mer ūra bykhānd*, dixit illi.

4) Eàdem particulà را (vel مر—را, vel solà مر) *Accusativum* quoque casum exprimunt Persae, ubi scilicet determinative nomen adhibetur, i. e. ubi nos articulo utimur definito *), quod si

*) Articulo *definito*, rectius definiente vel determinativo, (le, la, les; der, die, das, die; — en, et,

indefinite vel partitive objectum (accusativus) omnatur, nullum inter nominativum esse solet discrimen et accusativum, ex gr.. گلهارا دیدم *gylhāra didem*, rosas (rosorna) vidi; گلها خریدم rosas (rosor) emi.

Not. In definitâ quoque oratione haud raro deest particula را cujus praeterea repetitio post singula nomina non admittitur, pluribus enim nominibus aut per constructionem, aut appositionem, aut aliâs inter se junctis, haec particula ultimo tantum nomini additur. De quo pluribus infra agetur.

— na, — ne) de cetero caret lingua persica. Articulus vero *indefinitus*, pariter ac in linguis suecanâ, francogallicâ etc., exprimi quidem potest per nomen numerale یک *jek*, vel یکی *jeki* (unus) *sine accentu*, i. e. brevissime, pronuntiatum, sed multo saepius indicatur addendo in fine vocis sono ی *i* (quem یای واحدت *jai vāhidet*, je unitatis, vel یای تنکیر *jai tenkīr*, je indeterminationis adpellant) ex. c. دهقانی باغی داشت *dehqāni bāghī dasht*, (en bonde hade en trädgård). Si nomen, cui addendum esset ی unitatis, exit in ه otiosum, ی fit *hemze molle*, ut *i* pronuntiandum: بندهٔ *bendei* (en tjenare) cfr. (§. 3. 4. c.). Quod si in ا, و vel ی quiescentes desinat tale nomen, hae literae finales accipiunt *hemze molle* una cum *je unitatis*, ex. c. دانائی *dānāji* (en wis man) موئی *mūji* (ett hår).

5) *Vocativum* denotat particula أَى *ej* vel اى *i*, vel يا *ja*, nominativo praemissa, ex. c. اى پدر *i pyder*, o pater! اى مردان *ej merdān*, o viri! يا زَيد *ja zeid*, o zeid!

In poësi autem et stylo sublimiori vocativus insignitur terminatione ا *ā* nominativo adjectâ, ex. c. دلا *dilā!* corculum meum! بُلْبُلا *bylbylā!* o luscinia! Si in ا exit nominativus, terminatio vocativi adsumens ى euphonicum fit يا, ut: خدايا *khudājā!* o Deus!

6) *Ablativus* (loci, caussae, modi, instrumenti,) plerumque circumscribitur particulis از *ez* vel ز, *zi* ex, ab; بَه l. بَ, بَا *be*, *bā*, in, cum, per, بَر *ber*, supra, in, per, etc.

§. 36. Praemissis his, quae ad syntaxin proprie pertinent, sed hoc etiam loco non supersedenda visa sunt, adferre lubet paradigma declinationis nominum persicorum, ad normam grammatices latinae subactorum:

I.

Singularis.

Nomin. بُلْبُل (*bylbyl*) luscinia.

Genit. بُلْبُل — (vel بُلْبُل ى —, vel بُلْبُل ىٔ —, vel بُلْبُل ۀ —) — *i bylbyl.*

Dativ. بُلْبُل را, vel: مر بُلْبُل را [*mer*] *bylbyl rā.*

Accus. بُلْبُل را vel مر بُلْبُل را vel مر بُلْبُل [*mer*] *bylbyl ra.*

Vocat. ای بُلْبُل vel بُلْبُلا *ej bylbyl! bylbylā!*

Abl. از بُلْبُل vel بِبُلْبُل *ez bylbyl, be bylbyl.*

Pluralis.

Nomin. بُلْبُلان *bylbylān.*

Genit. بُلْبُلانِ (vel بُلْبُلان ی —, vel بُلْبُلان یٔ —, vel بُلْبُلان ۂ —) — *i bylbylān.*

Dativ. بُلْبُلان را vel مر — را (*mer*) *bylbylān ra.*

Accus. بُلْبُلان را vel مر — را vel مر — (*mer*) *bylbylān ra.*

Voc. ای بُلْبُلان *ej bylbylān.*

Abl. از بُلْبُلان vel بِبُلْبُلان *ez* l. *be bylbylān.*

II.

Singularis.

Nomin. گُل (*gy̆l* *) rosa.

Genit. گُلِ (*i gy̆l*), etc.

Dat. گُل را (*gy̆l ra*), etc.

Acc. گُل را (*gy̆l ra*), etc.

Vocat. ای گُل (*ej gy̆l*).

Abl. از گُل, بگُل (*ez gy̆l, be gy̆l*).

---

*) *g* dure pronuntiandum est, ut ante vocales a, o, u.

Pluralis.

Nomin. گُلْهَا (*gÿlhā*).

Genit. گُلْهَاىِ (*i gÿlhā*), etc.

Dativ. گُلْهَا را (*gÿlhā rā*), etc.

Acc. گُلْهَا را (*gÿlhā rā*), etc.

Vocat. اَیْ گُلْهَا (*ej gÿlhā*).

Ablat. اَزْ گُلْهَا، بِهْ گُلْهَا (*ez gÿlhā, be gÿlhā*).

Eodem modo omnia substantiva, aeque ac adjectiva substantive sumta, per casus facillime flecti possunt, nihilque habent difficultatis, nisi sit in formando numero plurali, qui vel in ان, گان یان vel ها desinit, secundum allatas supra regulas, in nominum declinatione bene observandas (vide §. 34, α) β) γ) δ) ε).

De comparatione adjectivorum.

§. 37. Sola mutatio, quam patiuntur nomina adjectiva linguae persicae, in *comparatione per gradus* cernitur. De cetero enim nullam sui admittunt mutationem, sed substantivis, quorum epitheta seu attributa efficiunt, *postponuntur* ope vocalis *i* (كسرهٔ توصيفى *kesrei tevsīfī*, kesre attributivum), qui sonus substantivo praecedenti additur secundum easdem regulas, quae supra §. 35. 2) Not. α) β) γ) de *i*, *notâ genitivi*, expositae sunt; ex. gr. مردِ نيك *merdi nīk*, vir bonus; زنِ نيك *zeni nīk*, mulier bona; ميوهاى شيرين *meivehai shīrīn*, fructus dulces; بادهٔ شيرين *bādei shīrīn*, vinum dulce.

Formantur autem: gradus *comparativus* adjectâ positivo gradui particulâ تر *ter* (cfr. graec. *τερος*) et *superlativus* adjectâ eidem positivo terminatione ترین *terīn*, ex. gr. خوب *khōb*, خوبتر (vel خوب تر) *khōbter*, خوبترین (vel خوب ترین) *khōbterīn*, bonus, melior, optimus. بد *bĕd*, بدتر *bedter* (contracte: بتّر) بدترین *bedterīn*, malus, pejor, pessimus. دوست *dōst*, amicus, دوستتر *dōstter* amicior, دوستترین *dōstterīn*, amicissimus.

§. 38. Qui comparativum superlativumque formandi modus, ad *arabica* etiam adjectiva extenditur, ex. gr. غنی *ghenī*, dives, غنی تر *gheniter*, ditior, غنی ترین *gheniterin*, ditissimus. Interdum quoque evenit, ut comparativis arabicis, formae أَفْعَل, suum تر insuper addant Persae; ita ex أَعْظَم *eʿsʾzem* (comparativo arabico τε عظيم) major, faciunt أَعْظَمْتَر *eʿsʾzemter*, major, majus; أَوْلَى *evlā*, melior, melius, أَوْلَيْتَر *evlejter*, idem.

§. 39. Eaedem terminationes (تر et ترین) adverbiis quoque et praepositionibus adfigi solent, unde nova nascuntur adjectiva comparativae superlativaeque significationis, ex. gr. بالا *bālā*, sursum, supra; بالاتر *bālāter*, superior, -us, altior, -us; بالاترین *bālāterīn*,

supremus, altissimus, a um; بر *ber*, super, برتر *bèrter*, superior, -us, برترین *berterīn*, summus, a, um; زیر *zir*, infra, زیرتر *zirter*, inferior, us, زیرترین *zirterīn*, infimus, -a, um.

§. 40. Nonnulla adjectiva (et adverbia), quae in se jam notionem praestantiae includunt, terminationem comparativi تر respuunt. Ex. c. بِه *bihh*, vulgo *behh*, bonus, bene, quod saepius comparativi vim habet (ut arabicum خَيْرٌ) ideoque vertendum per *melior, melius;* افزون *efzūn*, plus, amplius. — Nec tamen non occurrunt: بهتر *behter*, افزونتر *efzūnter*.

§. 41. Terminatio superlativi ترین nonnumquam contrahitur in ین *īn* ex. c. بهین *behīn*, pro بهترین *optimus*, برین *berin*, pro برترین *supremus*.

§. 42. Ubi qualitas, nomine adjectivo expressa, cum ipsâ hac qualitate per se, non vero quatenus in diversis personis rebusve diverso modo insit, comparatur, ibi superlativus, qui hoc in casu *intransitivus* audit vel *absolutus*, formatur praemissis positivo gradui adverbiis بسی *besī* l. بسیار *bisjār*, multum, valde, نیک *nīk*, bene, سخت *sekht*, vehementer, خیلی *kheili*, valde; ex. gr. خیلی خوب *kheili khob*, admodum bonus, optimus; نیک بد *nīk bed*, bene

malus i. e. pessimus; نیک زشت *nīk zisht*, valde turpis; سخت سست *sekht syst*, admodum debilis. — Interdum comparativus solus pro superlativo absoluto ponitur, ex. gr. هنر بچشم عداوت بزرگتر عیبست *hyner betshesmi ʿedāvet bysyrgter ʿaib est*, vitium in oculo inimicitiarum *maximum* vitium est. Nonnumquam vero per positivum bis repetitum insignitur superlativus, ex. gr. حکیمان دیر دیر خورند *hekīmān dīr dīr khūrend*, sapientes *tardissime* (ad verbum: tardi, tardi) edunt.

§. 43. Monitu vix eget, non omnia nomina adjectiva, sed ea tantummodo, quae qualitatem relativam exprimunt, comparari posse per gradus. Etenim adjectiva significationis absolutae, qualia sunt omnia gentilitia, patronymica, materialia et possessiva, ex. c. ایرانی *īrānī*, فارسی *farsī*, اصفهانی *isfahānī*, سلجوکی *seldzhūkī*, seldzhuko oriundus; زرین *zerīn*, aureus, سیمین *sīmīn*, argenteus, پشمین *peshmin*, laneus; خسروی *khosrevī*, خاقانی *khāqānī*, regis, regius, nullam, ut ex earundem naturâ et significatione patet, admittunt comparationem.

De derivatione nominum substantivorum aeque ac adjectivorum.

§. 44. Nomina primitiva linguae persicae maximam partem, ut naturae ipsius rei consentaneum est, sunt monosyllaba. Ex. gr. مرد

merd, vir, زن (жена) *zen*, femina, سر *ser*, caput, پا *pā*, pes, روز *rūz*, dies, شب *sheb*, nox, نان *nān*, panis, گل *gÿl*, rosa, خار *khār*, spina, خاک *khāk*, pulvis, خون *khūn*, sanguis, درد *derd*, dolor, آب *āb*, aqua, اسپ *esp*, equus, شیر *shir*, leo, خوب *khob*, bonus, نیک *nik*, pulcher, بد *bĕd*, mălus; pauciora dissyllaba, ut: پدر *pyder*, pater, مادر *māder*, mater, پسر *pyser*, puer, بزرگ *bysyrg*, magnus, خرم *khurrem*, laetus; polysyllaba paucissima, ut برادر *byrāder*, frater.

§. 45. Nomina *derivata*, quibus abundat lingua Persarum, vel *verbalia* sunt, quae e verbis derivantur, vel *nominalia*, a nominibus oriunda. Utrumque genus, si a nonnullis discesseris verbalibus, formatur ope adfixarum fini vocis primitivae certarum syllabarum, originariam vocabuli radicalis significationem varie adumbrantium.

§. 46. Oriuntur sic diversae classes derivatorum et quidem 1:o *verbalium*:

A) *Nomen actionis abstractum.*

α) Praeterquam quod ipsi *Infinitivi* verborum persicorum, ut in variis quoque fit linguis occidentalibus, pro substantivis, abstractam actionis per *verbum* signatae notionem exprimentibus, adhiberi possunt, iique vel formā integrā, ut: خوفتنِ پسر *khŏfteni pÿser*, somnus (proprie: *το* dormire) pueri, راندنِ درویش *rāndeni*

dervīsch, ejectio pauperis (*το* ejicere pauperem); خواندن مفيد است *khānden myfīdest*, lectio (legere) est utilis; vel *apocopatâ* (quae cum tertiâ personâ praeteriti definiti concinit) ut خريد *kherīd*, emtio, فروخت *fürūkht*, venditio, گفت *gâft*, dictio,

β) *Imperativus* etiam quorundam verborum naturam induit substantivi actionem abstractam insignientis, ex. c. رنج *rendzh*, dolor, molestia (imperativus *τȣ̃* رنجيدن); گداز (a گداختن) *gydāz*, liquatio, سوز (a سوختن) ardor, inflammatio. —

At variae insuper terminationes variis verbi flexionibus adfixae nomen abstractum actionis indicant:

γ) ار *ār*, tertiae personae singul. praeteriti definiti adnexa, ex. c. گفتار *gûftār*, dictio, loquela sermo, ديدار *dīdār*, visio, visus, رفتار *reftār*, incessus. Interdum *passiva* significatio nominibus ita formatis inest, ex. c. گرفتار *giriftār*, quod captum est, praeda; كشتار *kyshtār*, mactatus, interfectus, cadaver; مردار *myrdār*, idem.

δ) اك *āk*, imperativo addita nonnulla format nomina abstracta, ex. c. جوشاك *dzhushāk*, ebullitio, سوزاك *sūzāk*, inflammatio; stranguria, كاواك *kāvāk*, cavitas (a verbis جوشيدن, سوختن et كاويدن).

ε) ان *ān*, ipsi trunco quorundam verborum in يدن et يدن adjungitur, ex. c. فرمان *fermān*

(a فرمودن) mandatio, mandatum, پیمان *peimān* (پیمودن) mensuratio, pactum, دمان *demān* (دمیدن) properatio, festinantia, impetus.

ζ) ـِش *ish*, Imperativo adfixa plurima format nomina actionis abstractae, ex. c. پرورش *perverish*, educatio; پرسش *pyrsish*, interrogatio, بینش *bīnish* (ab irr. دیدن, imper. بین) visio, دهش *dehish*, datio, donum, نوازش *nywāzish*, blanditio, آرایش *ārāish*, ornatio, رنجش *rendzhish*, dolor, روش *rewish*, (a رفتن) itio, etc.

η) ـَه, *e(h)*, Item Imperativo subjuncta, ex. c. لرزه *lerze*, tremor (a لرزیدن) خنده *khende*, risus (a خندیدن).

Obs. Haec nomina actionis abstractae, quae latinis in *tio*, anglicis in *ing*, suethicis in *ing* et *ande*, russicis in *аніе*, *ѣніе*, *ость*, *ба*, *тельство*, fennicis in *us*, *ys*, *os*, *ös* respondent, et quae non pro lubitu ex quocunque verbo formari possunt, sed usu determinantur, saepe *actum* quoque finitum vel ipsum *effectum* exprimunt, quod idem in linguis supra allatis fieri constat.

B) *Nomen participiale activum* et *nomen actoris.*

α) Terminationes ـَا, ـَان, ـَنده, ـَند (*ā*, *ān*, *ende*, *end*) imperativo adjectae significant participia activa (§. 15. A. 3), quae saepissime

nominascunt. Ex. gr. دانا *dānā* (a دانستن) sciens, sapiens; doctor. گریزان *girizān* (گریختن) fugiens, fugitivus; پرنده et پرند *perende* et *perend* (پریدن) volans, volucris; بافنده *bāfende*, (بافتن) textor, textrix. — Peculiare est nomen دوشا *dūshā* (a دوختن mulgēre) quod *passive* sumitur et significat: animal quod mulgetur, animal lac praebens, et metaphorice: hominem, cujus sumtu vivitur.

β) دار et تار *dār*, *tār*, quae locum infinitivi in دن et تن occupantes iisdem significationem tribuunt nominis substantivi, quod graecis in *τηρ* et *τωρ*, latinis in *tōr* respondet *), ex. c. خریدار *kherīdār*, emtor, فروختار *fŭrūkhtār*, venditor, فریفتار *feriftār*, deceptor, خواستار *khastār*, desiderator.

C) *Nomen participiale passivum.*

α) In ده *de(h)* et ته *te(h)* ex. c. کشته *kyshte*, occisus, a, um; cadaver; کشته

*) Ita se rem habere, e Sanscrito et Zendico primus ostendit Vullers, in *Institutionibus linguae Persicae*, pag. 167. — Justo vero latius hoc interpretari nobis videtur, quum de nominibus *actionis* in ار (vide supra hujus §. lit. A. *γ*.) idem valere urgeat, cui scilicet sententiae ipsa significatio horum nominum aperte renititur. Sed خواستار, خریدار, دادار, etc. reverā per contractionem orta videntur ex خریدار, دادار, خواستدار.

kishte, satus, consitus, a, um; satum, semen; زاده *zāde*, natus, filius; بنده *bende*, vinctus, ligatus; servus.

Obs. E duplici *praeteriti participii*, in ده et تهٔ, naturà, qua et passivam et activam sibimet adsciscit significationem (cfr. pag. 37, lin. ultim., et §. 15, B, 2.) factum est, ut nomina participialia ejusdem formationis nunc passive sumantur, quod saepissime fit, et exempla docent nuperrime allata, nunc activam habeant vim, quod tamen in *compositis* praevalet; ex. c. جهان دیده *dzehān dīde*, mundum qui vidit, h. e. expertus; دل از دست داده *dil ez dest dāde*, cor e manibus qui dedit, i. e. perdite amans. — Quae e verbis neutris formantur mera sunt participia: خفته *khofte*, sopitus, رفته *refte*, qui venit (praeteriti temporis).

β) Terminatio گی *gi*, in quam transit τὸ *e* participii praeteriti, nominibus abstractis formandis inservit, ex. c. ستودگی *sŭtūdegī*, laus (qua quis laudatur), a ستوده *sŭtūde(h)*, laudatus; پژمردگی *pezhmyrdegī*, flaccescentia, languor, a پژمرده flaccidus. فروختگی *fŭrūkhtegī*, venditio. (Est autem illud گی nihil aliud, quam *je relativum* (یای نسبی *jai nesbī*, de quo infra), cui praeponitur litera گ pro ه, eodem omnino modo, quo ه lene, in formando numero plurali, transmutatur in گ; vide supra §. 34; *γ*. pag. 102.)

D) *Nomen convenientiae.*

Suffixum ی (یای لیاقت *jai liāqet*, je convenientiae) *infinitivo integro* additum significat id, quod aptum est et conveniens, ex. c. کردنی *kerdenī*, quod faciendum est; بودنی *būdenī*, qui, quae, quod esse oportet; خوردنی *khūrdenī*, edendum quid, comedendo aptum; گفتنی *gúfteni*, dicendum. (Aliud est ی unitatis vel indeterminationis, de quo vide pag. **108**, not.)

§. 47. *Nominum derivatorum nominalium classes variae sunt:*

A) *Nomen qualitatis abstractum.*

α) ی *ī:* Nomina abstracta, quae qualitatem personae vel rei ab ipsâ personâ vel re, cui inhaeret, divulsam quasi et abstractam exprimunt, maximam partem formantur ope syllabae ی *ī*, (یای نسبی *jai nesbī* vel یای نسبت *jai nisbet* i. e. je relationis), quae voci primitivae, persicae aeque ac arabicae, subjungitur. Ex. gr. خوبی *khōbī*, pulchritudo, a خوب pulcher; زشتی *zishtī*, deformitas, a زشت deformis; بدی *bědī*, malignitas, زودی *zūdī*, celeritas; سستی *systī*, debilitas; عاقلی *āqilī*, sollertia, ab arabico عاقل *āqil*, sollers. — Quod si in ا aut و *quiescens* exit vox primitiva, pro ی scribatur, necesse est, ئی, ut دانا *dānā*, sapiens, دانائی *danāji*, sapientia, نیکو *nīkū*, bonus نیکوئی, bonitas. He otiosum (ه) trans-

it in گی (cfr. supra §. 46, β) بنده *bende(h)*, servus, بندگی *bendegī*, servitus.

Quamvis, ut ex jam allatis patet exemplis, maxima pars nominalium abstractorum ex adjectivis formatur, haud tamen desunt, quae ex substantivis concretis, pronominibus, numeralibus et adverbiis eodem modo sunt orta, ex. c. مردی *merdī*, virilitas, a مرد *merd*, vir, دزدی *dusdī*, furtum, a دزد *duzd*, fur; گرگی *gyrgī*, indoles lupina, a گرگ *gyrg*, lupus; منی *menī*, egoismus, sufficientia in semet ipso (epitheton Dei), a من *men*, ego; یکی *jekī*, unitas, a یک unus, دوی *duī*, dualitas, a دو, duo; همیشگی *hemīshegī*, sempiternitas, ab همیشه *hemīshe*, semper.

β) ا, *ā*, nonnullis additum adjectivis eadem mutat in substantiva abstracta: سرم *serm*, frigidus, سرما *sermā*, frigus; گرم *germ*, calidus, گرما *germā*, calor; ژوف *zhuf*, profundus, ژوفا *zhufā*, profunditas.

γ) نای, *nāi*, perpauca format nomina abstracta, ut تنگنای *tengnāi*, angustia, a تنگ angustus; پهنای *pehnāi*, latitudo, a پهن *pehn*, latus (nisi rectius scribatur پهنائی, a پهنا), فراخنای *ferakhnāi*, amplitudo, a فراخ *ferākh*, amplus.

B) *Nomen Actoris.*

α) کار *kār*, گار *gār* et گر *ger* *), vocem terminantes, eidem addunt notionem agentis, opificis, fabri etc. haud secus ac latinorum *fex*,

---

*) Haec suffixa proprie esse videntur *participia apocopata* verborum کاریدن et کردن facere operari, pro کارنده etc., quoad externum habitum similia imperativo vim participii praesentis sibi vindicanti (vide §. 15, pag. 56. Not. 1.); non injuste igitur ad *composita* referenda essent nomina heic allata et mox infra adferenda. Ad *derivata* tamen eadem retulimus, ea praesertim ratione ducti, quod hae terminationes ut vocabula simplicia, in significatione supra dictâ, numquam occurrant. — Nec facilis de cetero est res, certos definire inter composita et derivata terminos, quippe quum proprie etiam et indubitate *derivatorum* terminationes haud paucae reverâ sint aut voces integrae, aut contractione vel mutatione quadam ex iisdem ortae; quod luculenter probat flexio verborum in variis linguis, hebraeâ praecipue et fennicâ; item: dägelig pro dag-lik, qwinnlig pro qwinn-lik, &c. In rem nostram Celeberrimus Bopp ita disserit: „*Aus den einsylbigen Wurzeln gehen Nomina hervor, substantive und adjective, durch Anfügung von Sylben, die wir nicht, ohne sie untersucht zu haben, als für sich bedeutungslos, gleichsam als übernatürliche mystische Wesen ansehen dürfen, und denen wir nicht mit einem todten Glauben an ihre unerkennbare Natur entgegentreten wollen. Natürlicher ist es, dass sie Bedeutung haben oder hatten, und dass der Sprachorganismus Bedeutsames mit Bedeutsamem verbin-*

ex. gr. خدمتكار *khidmetkar*, servitium praebens, servus, حيله‌كار *'hilekār*, technarum structor, machinator, ستمكار *sitemkār*, vim inferens, tyrannus; كردگار *kerdgār*, opera faciens, omnipotens; آموزگار *āmuzgār*, instructor, educator; يادگار *jadgār*, memoriam excitans, donum in memoriam datum, monimentum; گر plerumque opificem indicat: آهنگر *āhenger*, faber ferrarius, زرگر *zerger*, aurifex; كفشگر *kefshger*, sutor, پالانگر *pālānger*, clitellarum sutor, رامشگر *rāmishger*, musicus, etc. — Huc referri possunt nomina adjectiva: كامگر felix (proprie: optatum faciens), پرهيزكار *perhiskār*, abstinens-, توانگر *tyvanger*, dives, etc.

β) چى, *tshi*, (e turcico idiomate mutuo acceptum) ex. c. تفنگچى *tufengtshī*, sclopetarius, a تفنگ *tufeng*, sclopetum, bombarda; طوپچى *toptshī*, tormenta explodens, a طوپ vel توپ tormentum bellicum.

---

de. Warum sollte die Sprache accessorische Begriffe nicht auch durch accessorische an die Wurzel herangezogene Wörter bezeichnen?" Vergleichende Grammatik, pag. 129. — Cui tamen sententiae refragatur S. Stern, in *Vorläufige Grundlegung zu einer Sprachphilosophie*, Cap. III, §. 8.

C) *Nomen possidentis.*

Participia decurtata ideoque Imperativi speciem prae se ferentia:

α) آور *āver*, آر *ār*, وار *war*, ور *wer* (verbi آوردن *ferre*), et

β) دار *dār*, (verbi داشتن *habere*) possessorem rei vel qualitatis cujusdam insigniunt; ex. c. دادور *dādver*, داددار *dāddār*, justitiam ferens l. habens, i. e. justus; تاجدار *tadzhdār*, coronam habens, princeps coronatus; دلاور *dilāver* (contracte دلير *dilīr*) cordatus, strenuus (دل *dil*, cor); تناور *tenāwer*, corpulentus, robustus (تن *ten*, corpus); اميدوار *ymīdwār*, spem habens; سپهدار *sipehdār*, dux exercitûs; دستوار *destwār*, manum ferens l. porrigens, opitulator; پردهدار *perdēdār*, velo l. sipario praefectus, janitor intimus; هشوار *hyshwār*, هشور *hyshwer*, هشيار *hyshjar* (cum *je* euphonico) et هشيوار *hyshīwār*, intelligentiâ pollens. — Pro وَر *wer*, interdum legunt, وُر *ūr*, ex. gr. گنجور *gendzhūr* et *gendzwer*, thesaurarius, دستور *destūr* pro دستوار, opitulator, vezirius, minister; رنجور *rendzhūr* dolore captus, آزور *āzūr*, et آزور *āzwer*, concupiscens.

γ) مند et وند (*mend*, *wend*) suffixa, quae pluribus inserviunt possessivis formandis. Ex. c.

دانشمند *danishmend*, خردمند *khiredmend*, هنرمند *hynermend*, هوشمند *hushmend*, arte et scientiâ praeditus; سودمند *sūdmend*, utilis; غمنند vulgo غمند *ghemend*, dolore adfectus, آزمند *āzmend*, concupiscens. — Inter primitivum et suffixum saepe interponitur و copulans, ex. c. هشومند *hushumend*, خردومند *khiredumend*; تنومند *tenumend*, corpulentus, برومند *berumend*, fertilis, ferax, fortunatus.

δ) بَد vel بُد (*bĕd*, *bŭd*), quod proprie significat antistitem, dominum, possessorem, nonnullis postponitur nominibus, ut: موبد *mūbed* vel موغبد *mūghbed*, magorum praefectus, vir sapiens; سپهبد *sipehbed* vel *sipehbud*, dux exercitûs; هیربد *hirbed*, antistes ignicolarum, (هیر ignis); کهبد *kuhbed*, eremita in montibus (کوه) degens.

ε) خدا *khudā*, quod proprie est nomen *Dei* (cfr. suethic. Gud), nominibus *suffixum* indicat: possessorem vel dominum rei cujusdam. Ex. c. کتخدا *ketkhudā*, possessor domûs (کت l. کد *ket*, *ked*, domus); ناخدا *nākhudā*, navarchus (نا vel ناو *naw*, navis); دهخدا *dihkhudā*, (idem ac دهقان *dihkhān*,) praefectus pagi (ده).

D) *Nomen custodientis*

in بان *bān* (rarius in وان *wān*) exit, ut: دربان *derbān*, (Dörrwaft) custos portae, janitor; پیلبان et فیلوان (*pīlbān*, *fīlwān*) ele-

phantorum custos l. rector; استربان *ester-bān*, mulio; آسیابان *āsiābān*, molitor; گریبان *girībān*, (colli custos) collare; کاروان *kār-wān*, caravana, cohors viatorum (ad verbum: custos negotiorum), سایوان *sājewān* et سایه‌بان *sajebān*, umbraculum, umbella, (parasol). Huc referenda videntur: پهلوان *peh-lywān*, heros (proprie: servans robur پهلو); سرون *serūn*, (pro سروان *serwān*) cornu, proprie: custos capitis.

E) *Nomen loci.*

α) ـِستان *istān*, (ut Fennicum iſto, in koi-wiſto, tammiſto, etc.) nominibus in consonam exeuntibus suffixum, et ستان *stān*, vocibus sono vocali finientibus additum, locum sui primitivi denotant, ex. c. آتشستان *ātishistān*, locus ignis, rogus; گلستان *gulistān*, rosarum locus, rosetum; بهارستان *behāristān*, locus (et tempus) veris, ver; نگارستان *nigāristān*, locus picturis imaginibusque refertus; تابستان *tābistān*, locus (et tempus) caloris, aestas; کوهستان *kūhistān*, regio montana; بوستان *būstān*, odorum locus, hortus; et multa alia.

β) زار *zār* et سار *sār*, significant locum in quo res copiosse et abundanter inveniuntur, ut: گلزار *gülzār*, locus rosis refertus; لاله‌زار *lālezār*, tulpis abundans locus; کوهسار *kūhsār*, regio montibus abundans.

γ) بار *bār*, in nonnullis nominibus, ut زنگبار *zengbār*, Zanguebar, a زنگ aethiops, رودبار *rūdbār*, alveus torrentis, (رود aqua fluens).

δ) لاخ *lākh*, in paucis occurrit nominibus: آتشلاخ *ātishlākh*, (et hinc آتشلك *ātishlik*) focus (locus ignis آتش) ديولاخ *divlākh*, locus geniorum (ديو); رودلاخ *rudlākh*, locus aquosus; سنگلاخ *senglākh*, locus lapidibus refertus.

δ) دان *dān*, plerumque denotat vas aut receptaculum. Ex. gr. آتشدان *ātishdān*, receptaculum ignis, focus; جامەدان *dzhamedān*, mantica, receptaculum vestium (جامە), (hinc ruthenicum чемоданъ); قلمدان *qelemdān*, vasculum calamarium, (a قلم calamus); نمكدان *nemekdān*, salinum; شكردان *shekerdān*, sacharotheca.

(Vera *composita*, locum designantia, oriuntur addendo primitivis substantivis: aut جاه vel جا *dszhā*, locus, aut خانە *khāne*, domus, aut گاه *gāh*, quod et *locum* et tempus significat.)

F) *Nomen temporis.*

α) Adjectiva, temporis spatium insignientia, formantur addita primitivis terminatione ـە *e*, ex. c. يكروزه *jek rūze*, unius diei, هرروزه *her rūze*, quotidianus, دوسالە *dūsālé*, biennis, دوماهە *dūmāhe*, duorum mensium. هرشبە, *hershebe*, quaque nocte accidens.

β) Pro ـَه, in nominibus spatium temporis insignientibus, nonnumquam adhibetur terminatio *ī* (یای نسبی) ex. c. شبانروزی *shebānrūzī*, tempus noctis (شب) et diei (روز) h. e. tempus viginti quatuor horarum (ett dygn). پانزده سالگی *pānzede sālegī* (pro *sāle(h)i*) quindecim annorum. (In *compositis* additur substantivum گاه vel گه *gāh*, l. *geh*, ex. c. شبانگاه l. شبانگه tempus vespertinum.)

G) *Nomen Instrumenti.*

Nomen instrumenti plerumque formatur ope terminationis relativae ـَه *e(h)*. Exempla: دمه *deme(h)*, follis (a دم *dem*, halitus, spiritus); دسته *deste*, manubrium (دست manus); آسیازنه *āsiāzene*, instrumentum, quo acuitur (زدن) lapis molaris (آسیا); آتشزنه *ātish-zene*, igniarium; دوشه *dūshe*, mulctuarium; برمه l. برمه *berme* (a radice arabicā برم torquendo vertit) terebra; سنبه *symbe*, idem.

H) *Nomen similitudinis*

Varie formatur, et quidem addendo voci primitivae terminationes:

α) مانا *mānā* vel مان *mān* (quod proprie est participium apocopatum verbi مانستن similem esse) ex. c. فلکمان *felekmān* l. فلکمانا *felekmānā*, coelo similis, آسمانمان *āsemānmān*, idem.

β) فام *fām* et وام *wām* (nomina obsoleta, quae coloris (رنگ) significationem habuisse videntur) similitudinem coloris innuunt; ex. c. مشکفام *myshkfām* et مشکوام *myshkwām*, niger, moschi colorem habens; نیلفام *nilfām*, pigmento indico similis, caeruleus; گلفام *gylfām*, roseus.

γ) فش *fesh* et وش *wesh*, ex. c. ماهوش *mahwesh*, lunae similis, خوروش *khōrwesh*, soli similis; شاهفش *shāhfesh*, regi similis; مارفش *mārfesh*, similis serpenti (epithet. regis ضحاک *szohhāk*).

δ) دیس *dīs* et دس *des*, ex. c. تندیس *tendīs*, corpori similis, hinc: effigies, imago; خلددیس *khulddīs*, paradiso similis; خوردس *khōrdes*, instar solis.

ε) وار *wār*, et بار *bār* ex. gr. خوجهوار *khodzhewār*, magistro similis; بندهوار servo similis; قلموار *qelemwār*, similis calamo; عنبربار *'emberbār*, ambrae similis (ambram pluens?).

ζ) سار *sār*, ex. c. مارسار *mārsār*, serpenti similis (epithet. tyranni *Szohhak*) دیوسار *dīwsār*, genio similis, زیرکسار *zireksār*, prudenti similis, شاهسار *shāhsār*, regis instar. (Videtur nobis hoc suffixum nihil esse aliud, quam substantivum سر *ser*, caput, quod inter-

dum et سام scribitur; sic ex. c. مارسام proprie significaret caput serpentis, زیرکسام prudens caput, quod dein per synechdochen de toto homine usurpari coeptum est (pars integralis pro toto); cfr. Latinorum: lepidum caput; Sueth. dummhufwud; Fenn. harmapää etc.)

η) آسا *āsā*, contracte سا *sā*; ex. c. پیل آسا *pilāsā*, vel پیلسا *pīlsā*, instar elephantis; مشکسا *myshksā*, moschi instar, fragrans, suaveolens; عنبرسا *'embersā*, instar ambrae.

ϑ) سان *sān*, ex. c. سایەسان *sājesān*, umbrae similis, یکسان *jcksān*, unius modi, alter alteri similis, *aequalis*. (Propria significatio nominis subst. سان est: lex, ratio, modus.)

J) *Nomen diminutivum.*

Diminutiva oriuntur e primitivis, subjunctis syllabis:

α) ـَك *ek*, گك *gek*, (confr. Russorum екъ) ex. c. مرد homo, مردك *merdek*, homuncio; اسپ equus, اسپك *espek*, equuleus; نی *nej*, arundo, نیك *nejek*, exigua arundo; چیز res, چیزك *tshisek*, parva res; اندك *endek*, parvulum quid, parvum, ab اند *end*, numerus incertus a 3 ad 10; شیرینك *shirinek*, subdulcis, a شیرین dulcis; سفیدك *sefidek*, subalbus, a سفید *sefīd*, albus; بهترك *behterek*, aliquanto melior, a بهتر melior.

جامگك *dzamegek*, vestis parva, a جامه dzhame(h), ubi he otiosum (هاى مخفى) transit in ك (cfr. §. 46 C. β).

β) چه *tshe*, يچه *itshe*, (ьице) ex. c. باغچه *baghtshe*, hortulus, a باغ hortus. پسريچه *pyseritshe*, idem ac پسرك *pyserek*, puerulus, a پسر *püser*, puer; دريچه *deritshe* (двѣрцы), fores parvae, a در (bórr) fores, janua.

γ) ژه *zhe* l. جه *dzhe* et يژه *izhe*, quae non nisi in nominibus res inanimatas designantibus occurrunt, ex. c. دانژه *dänzhe*, دانجه *dändzhe*, idem ac دانك *dänek*, granulum, lens, a دان pro دانه, granum, bacca leguminum; آتشيژه *atishizhe*, scintillula ignis, vulgo: cicindela.

δ) و *ō*, ول *ol*, وله et يره rarissime usu veniunt; exempla: پسرو *pyserō*, puerulus; مشكول *meshkul* et مشكوله *meshkule*, uterculus, a مشك *meshk* (мѣшокъ) uter coriaceus. خمبره *khumbere*, seria parva, vasculum, a خم *khum*, vas figulinum amplo ventre.

K) *Nomen Intensivum.*

Suffixa سار *sär*, ناك *näk*, گين *gin*, et آگين *ägin* (quod proprie est imperativus, vel participium apocopatum verbi آگندن *ägïnden*, implere), nominibus substantivis addita formant

adjectiva significationis corroboratae et intensae, ex. c. شرمسار *shermsār*, pudibundus; غمناک *ghemnāk*, valde sollicitus, غمگین *ghemgīn*, idem, (a غم moeror;) سوگناک *sūgnāk*, moerore (سوگ) oppressus; دردناک *derdnāk*, dolore (درد) captus; گردناک *gerdnāk*, pulvereus, pulvere (گرد) plenus; عنبرآگین *emberāgīn*, ambrā repletus; خشمگین *kheshmgīn*, furibundus, irā (خشم) captus. — *Substantiva* persica nullā proprie gaudent intensivā l. augmentativā formā, nisi huc forte referenda sint substantiva in quibus eadem vox bis repetitur; et quidem ita, ut aut *infinitivo apocopato*, mediante plerumque copulā و (ut *ŭ* pronuntiandā), superaddatur *imperativus* ejusdem verbi; ex. c. گفت وگوی *gåftuguj*, (dicere et, dic) confabulatio multa, multiloquium, sermones vulgi, rumor, item: eloquentia; جستوجو *dzhust u dzhu* (quaerere et quaere) investigatio adcurata; aut imperativus ejusdem verbi bis repetatur, ex. c. کاوکاو *kāwkāw*, perturbatio, a کاویدن *kawīden*, fodere, excavare.

L) *Nomen patronymicum et gentile.*

Fit additione syllabae *ī* (یای نسبی *jai nesbī*, je relativi) nomini substantivo, ex. c. اصفهانی *isfahānī*, spahanensis, ab اصفهان Spahanum; رومی *rūmī*, graecus sedi constantinopolitanae subditus a روم *rūm*, Graecia (im-

perium romanum orientale); يونانى *jōnānī*, graecus, jonicus, a يونان *jonān*, Jonia, Graecia; هندى *hindī* (etiam هندو *hindū*) Indus, ab هند India. — Si in ى quiescens praecedente vocali fatha, *a*, desinit vox primitiva; aut, more arabico, interponitur و, ut عيسى *isā*, Jesus, عيسوى *isewī*, christianus, aut *je* finale nominis primitivi, in *elif* mutatum, adsumit ى *hamzatum*, ut عيسائى *isāji*; haud aliter ac رومائى *rūmāji*, romanus, a روما *rūmā*, Roma. Nonnulla in ا *ā*, ان *ān* et quae in ستان *stān*, exeunt rejectis his terminationibus adsumunt ى relativum, ex. c. بخارى *bukharī*, Bucharā (بخارا) oriundus; گيلى *gīlī*, Gileus, a گيلان *gilān*, regio in Perside; ترکى *turkī*, turcicus, a ترکستان, *turkistān*, oriundus. — A رى *Rei*, nomine urbis in Iraca Persiae, fit رازى *rāzī*, incola urbis *Rei* (*Rhagae?*)

M) *Adjectiva materialia.*

Quae materiem, unde quid factum est, indicant, formantur ope terminationis ين *īn*, (raro ينه *īne* et ين *in*), ex. c. آهنين *āhenīn*, ferreus; چوبين *tshubīn*, ligneus; زمردين *zymyrrydīn*, smaragdinus; زرين et زرينه *zerīn*, *zerīne*, aureus, سيمين *sīmīn*, argenteus. Sunt et nonnulla possesiva in ين (pro vulga-

tissima terminatione ی *í*,) ex. c. پیشین *pīshīn*, ad partem anteriorem (پیش) pertinens, anterior; پائین ad pedes (پای) pertinens, inferior, infimus; دیرین et دیرینه *dirin*, *dīrīne*, antiquus, vetustus; خلن *khulin* (pro خلین) mucosus (a خل *khul*, mucus).

N) *Nomina relationis indefinitae.*

Ad hanc classem retulimus omnia nomina derivata, quae in certos ordines apte disponi non potuerunt, quippe quae ad sua primitiva rationem habeant minus determinatam. Sequuntur igitur jam, ordine alphabetico, terminationes derivatorum variae, additis exemplis vim earundem quadam tenus illustrantibus.

α) ال *āl* et اله *āle*, ex. c. دنبال *dymbāl*, دنباله *dymbāle*, cauda, item: postica pars dorsi, vestigium, angulus oculi, pediculus fructuum etc., a primitivo دنب *dymb*, cauda; چنگال *tshengāl*, unguis, pugnus, pugillus, vellicatio etc., a جنگ unguis. (Manet igitur in his significatio primitivae vocis non mutata, sed sensu figurato, metaphorico e. s. p., quam primitiva, potius adhiberi videntur talia derivata.)

β) ان *ān*, انه *āne*, exempla: کوهان *kūhān*, sella equestris, gibbus cameli, a کوه *kuh*, mons; بیابان *biābān*, desertum sine (بی)

aqua (آب). پیشان *pīshān*, initium, پایان *pājān*, finis, extremum; جانان *dzhānān*, dilectus, a جان animâ (fere ut душенька a душа); نوراهان *newrāhān*, donum ex itinere recenti (نوراه) venientis; munus. شبانه *shebāne*, nocturnus, potus aut cibus qui vespere aut nocte (شب) sumitur; پرهیزانه *perhīzāne*, victus tenuis, (a *perhīz*, abstinentia), کاسانه *kāsāne*, avis quaedam porco (کاس *kās*) per corporis motum similis; مردانه *merdāne*, viro dignus, جاهلانه *dzhāhilāne*, stulto dignus, دیوانه *dīwāne*, furiosus, daemone (دیو *dīw*) dignus; quod si vox primitiva finiatur literâ ا, interponitur ی euphonicum, ut دانایانه *dānājāne*, viro prudenti (دانا) dignus.

γ) آوند *āvend*, ex. c. خداوند *khudāvend*, princeps, dominus, possessor, a خدا Deus; خویشاوند *khishāvend*, consanguineus, propinquus, a خویش *khish*, ipse; پژاوند *pezhāvend*, vectis portae, lapis quo obstruitur porta, a پژ *pezh*, colliculus.

δ) ت *t*', terminatio paragogica paucis nominibus addita, significationem eorum non immutans, ex. gr. فرامشت et فرامش *ferāmush* et *ferāmusht*, oblivio.

ε) تاش *tash* (داش *dash*) ex idiomate turcico, significat *sodalem*, *socium* negotii, ex. c. خوجه‌تاش *khodzhetash*, condiscipulus, سبغتاش *sebeqtasch*, idem.

ζ) گان *gān;* Exempla: خدایگان *khudāigān*, excellentissimus, fere divinus, Deo (خدای) dignus; شایگان *shāigān*, (pro شاهگان) regium quid, thesaurus magnus, amplitudo, commoditas; رایگان *rāigān*, res levioris pretii, exiguo labore parta, aut gratis veniens; proprie: in via (راه) jacens. — Idem suffixum nomini numerali cardinali additum format *distributiva;* de quo infra.

η) ـُم *um*, nomina cardinalia mutat in ordinalia (vide infra).

ϑ) ن *en*, primitivis rarissime additur, ut لفچن *leftshen*, labium pendulum, (idem ac لفچ *leftsh*), item: homo magna habens labia etc.

ι) و *ū*, ex. c. آبو *ābū*, nymphaea, ab آب *āb*, aqua; آلو *ālū*, cerasus, ab آل *āl*, punicus, rubicundus; هندو *hindū*, incola Indiae (هند); خفتو *khoftū*, incŭbus nocturnus, a خفت *khoft*, somnus.

κ) ویه ex. c. شیرویه *shirūje*, leoninus, in proelio leo (شیر), agnomen *filii Choerevi*

Pervisii; شيبويه *sībūje*, (secund. alios: *sībewe-je*, *sībeweihi*) colorem habens māli armeniaci (سيب), nomen *grammatici celebris;* hoc suffixum nisi in nominibus propriis non occurrit.

λ) ـه *e(h)*, quae terminatio, ut supra dictum est, plerumque nomina instrumenti et temporis indicans, aliam quoque non satis determinatam inter primitivam vocem et derivatam innuit rationem aut similitudinem; ex c. چشمه *tshesme*, fons, a چشم *tshesm*, oculus; زبانه *zebāne*, flamma (linguae formam habens), lingula fibulae, lingula staterae etc., a زبان *zybān* l. *zebān*, lingua; دندانه *dendāne*, dentes serrae, pectinis etc., a دندان *dendān*, dens; كوهه *kuhe*, pars elatior dorsi, a كوه *kuh*, mons.

μ) ي (*i*), cujus suffixi usus in linguâ persicâ latissime patet *); heic praecipue observandum

*) Enumerat hujus literae *duas et viginti* varias species Fr. Rückert (in *Jahrbücher der Literatur*, Wien 1827, Band 40. pag. 182 sqq. ad ductum operis regii *heftqulzūm* (vide supra pag. 4), et Semelet, modo paululum diverso, *viginti* ejusdem literae species adfert in versione sua francogallica operis Saadi *Gulistān*, pag. 65—70. Quae in illis maximi momenti sunt hic brevissime adnotentur. Mentionem supra injecimus de je *euphonico* vel *addititio* (pag. 106, not.); de *je unitatis* l. *indeterminationis* (§.

est *je relativum* (یای نسبی) quatenus nomina *substantiva*, interdum et particulas, transmu-

---

8: 4, b. et pag. 108, not.); de je nomina *abstracta* formante, quod nunc یای نسبی, nunc یای مصدری (*jai mesderī*, je infinitivi *substantive* sumti) adpellant Grammatici (in §. 47. A *α*); de *je unionis*, یای اضافت (pag. 106, lin. 1.); de *je convenientiae* (pag. 120); de *je attributivo* (§. 37); de *je temporis* (pag. 123, *β*); de *je secundae personae*, یای خطاب *jai khitāb*, *je alloquii* (§. 17, not. 1, et in formatione temporum). Heic jam observentur: 1:o یای تعریف *jai teerif*, l. یای اشارت *jai ishāret*, *je demonstrativum*, quod pro آن, hic, ille, talis, adhibetur, sequente scilicet pronomine relativo که *ki*, qui, (کاف بیان *kāfi bijān*, kaf explicationis), ex. c. یاد وصلی که دل از هجر خبردار نبود *jadi vesli ki dil ez hedzhr kheberdār nebewed*, talis memoria amicitiae ut animus de ejusdem dissolutione nil cogitaret. 2:o) یای تخصیص *jai tekhsīs*, je *specialem* praebens significationem voci generali seu indeterminatae, ut cum contextus doceat vocem, ex. c. دلی, cor quoddam (ett hjerta), reddendam esse per cor *meum*, vel vocabulum کسی, aliquis, quidam, ita esse determinatum, ut scribenti vel loquenti bene notus sit iste, de quo agitur, quamvis eum nominare recuset. 3:o) یای شرط *jai shert*, je conditionale et

tet in *adjectiva*, ex. c. شاه *shāh*, rex; شاهی *shahī*, regius; خانه *khūnę*, domus, خانگی

4.o) یای جزا *jai dzhezā*, je compensativum, in enuntiationibus conditionalibus occurrunt, *illud* in protasi, *hoc* in apodosi, ex. c. اگر نکردی—نبودی *eger ne kerdī--ne budī* (vel: *eger ne kerdé--ne budé*, vide quae in fine hujus notulae de pronuntiatione τῦ ی allata sunt) si esset—non fecisset. 5) یای استمرار *jai istimrār*, je durationis, primae et tertiae personae singularis et tertiae pluralis numeri adfixum *praeteritum definitum* mutat in *imperfectum*, ex. c. نداد *nedād*, non dedit نذادی *nedādī*, non dabat, i. e. non solebat dare. 6) یای تعظیم *jai te'e'zim*, je reverentiae et 8) یای تحقیر *ja te'hqīr*, je contemtionis, ex. c. ای کریمی *ej kerīmī*, o benignissime (Deus)! آن خداوندی *ōn khudāvendī* (Deus) ille Dominus maximus; et contra: چیزی *tshisī*, res vilis; مگسی *megesī*, musca quaedam (contemtu digna). 9) *Je numeri*, nomini, quod per nomen numerale immediate subsequens determinatur, superaddi solitum, ex. c. خشتی دو سه *khishtī du*, *se*, lateres cocti duo, tres; تنی چند *tenī tshend*, personae aliquot. 10) ی rem novam, recentem indicans; (vide Vullers *Institutiones l. persicae*, pag. 179, exemplum e Gulistano, ed. Semelet pag. 140, lin. 6, 7). Observat idem Vullers: „Suffixum ی pro veri,

khānegī, domesticus (de ه in گی mutato vide pag. 119 in fine); سال *sāl*, annus, سالی *sālī*, annosus, aetate provectus; پولاد *pūlād*, chalybs, پولادی *pūlādī*, chalybeus (cfr. булатъ, булатный); بازار *bāzār*, forum, بازاری *bāzārī*, forensis, negotiator (базаръ, базарный); اینجا *īndzhā*, hic, اینجائی *īndzhājī*, hujus loci (cfr. здѣсь, здѣшній); ایمروز *īmrūz*, ایمروزی *imrūzī*, hodiernus.

De Compositione Nominum.

§. 48. Compositorum numero lingua persica gaudet adeo magno, ut plerasque alias linguas hac re longe antecellere, nulli secunda esse vi-

---

quam obtinet significatione, modo *i* (یای معروف *jai meʿeruf*, je *notum* (scil. Arabibus), l. je *arabicum*) modo *é* (یای مجهول *jai medzh-hūl*, je *ignotum* l. je *persicum*) pronuntiari." Hanc distinctionem, in Indiâ observatam, ideoque etiam a Rückert l. c. pag. 188, et Lumsden (*a grammar of the Persian language* Tom. II. pag. 420—424) prolixius expositam, ne ab indigenis quidem Persis — saltem non omnibus — observari, supra (pag. 32, not.) innuimus; quamobrem et eâdem supersedere in hac opellâ ausi sumus. Sufficiat nominasse: sonum *i*, ex communi hujus doctrinae sectatorum consensu, proprium esse τῷ *jai nesbī* (nomina *abstracta*, *patronymica*, *gentilitia* et *relativa* atque *possessiva* alia formanti), τῷ *jai liāqet* (§. 46 D.) et *jai khitābi* (seu je 2:ae personae); de cetero autem ut *é* pronuntiandum esse hocce suffixum.

deatur *). Oriuntur autem composita nominalia linguae persicae diversis modis:

A) *Substantivum e duobus substantivis immediate conjunctis:*

Exempla: پندنامه *pendnāme*, liber consiliorum, شاهزاده *shāhzāde*, filius regis; امیرزاده *emīrzāde* (vulgo میرزا *mīrzā*) filius emiri l. principis, رزمگاه *rezmgāh*, locus proelii, خواب جا *khābdzhā*, locus somni i. e. lectus; لشکرگاه *leshkergāh*, locus exercitûs, castra; گوشمال *gushmāl*, contorsio auris, poena; آبراه *ābrāh*, aquaeductus, پای لغز *pājleghz*, lapsus pedis دستبوس *destbūs* (Handküß) osculatio manûs etc. In his nominibus, ad analogiam vocabuli suethici råbhus formatis, prius vocabulum genitivi vim habet; quae constructio duorum substantivorum a Persis vocatur اضافت مقلوب *izāfeti meqlūb*, conjunctio inversa, nam شاهزاده reverâ est pro زادهٔ شاه zādei schāh; پند نامه pro نامهٔ پند *nāmei pend*, e. s. p.

---

*) „One of the chief beauties of the Persian language is its frequent use of compound adjectives; in the variety and elegance of which it surpasse not only the German and English, but even the Greek." *William Jones (a Grammar of the Persian language, pag. 74).*

B) Substantivum e duobus substantivis copulâ و (ŭ) conjunctis:

α) Ex *infinitivo apocopato* et *imperativo* substantive sumto (cfr. §. 47. K.) ex. c. رفتوروب *ruftŭrūb*, purgatio scopis (ad verbum: verrere et verre); شستوشو l. شست وشو (membra enim nominum compositorum pro lubitu et conjungi et separari possunt) *shustŭschū*, lotio; كشتوكار *kishtŭkār* (vide pag. 49, 3), seminatio.

β) E duobus *infinitivis apocopatis*, ex. c. كفت وشنيد *gâft ŭ shenīd*, loqui et audire, i. e. colloquium, disputatio; آمدورفت *āmed ŭ reft*, commeatus, proprie: venire et abire, ingressus et egressus; آمدوشد *āmed ŭ shyd*, idem.

γ) E duobus substantivis ejusdem fere significationis (ut in linguâ suethicâ själ och hjerta, stad och ställe), ex. c. مرزوبوم *merzubūm*, patria, ad verbum: confinia et regio, terra et regio; آبورنك *ābureng*, vigor, proprie: aqua et color.

Obs. Copula و (*ŭ*) interdum omittitur, ex. c. آمد شد *āmed shyd*, pro آمدوشد; interdum locum τῶ و occupat ا *ā*, ex. c. رستاخيز *restākhīz*, resurrectio, ad verbum: liberari et surgere.

C) *Adjectivum e duobus substantivis* *).

Horum nominum usus, in poeticâ praesertim dictione sat frequens est. Exempla multa collegit W. JONES, quorum e numero nonnulla usitatissima heic adferantur:

چشم آهو *ahū tshesm*, oculos cervi habens (ɡaʒellóga), cfr. graec. *βοῶπις*.

پری رخسار *perī rukhzār*, genis angelicis praeditus.

پری روی *perī ruj* et پری پیکر *perī pejker*, angeli formâ praeditus.

سمن بر *semenber*, jasmineum pectus habens.

سیمین ساق *sīmīn sāq*, crure argenteo praeditus.

شکر لب *sheker leb* (ſocker läpp) labiis sacharinis p.

شیر دل *shīrdil*, animo leonis praeditus.

طوطی گفتار *tūrī gåftar*, loquelâ psittaci praeditus.

غنچه لب *ghontshe leb*, labiis rosae nondum explicitae praeditus.

گلرخ *gylrukh*, genis roseis praeditus.

گلروی *gylrūj*, facie roseâ praeditus.

مشکبوی *myshkbūj*, moschi odorem habens.

D) *Adjectivum e substantivo et participio apocopato* **).

Quod de proxime praecedentibus dictum est, idem de his valet. — Exempla (W. JONES, l. c. pag. 75 sq.):

*) Ad analogiam vocabuli suethici lejonhjerta, pro epitheto hominis.

**) Ut suethic. flyggſpribande, blodbeſtänkt; et Germanorum: herzerquickend, blutbeſpritzt.

گل افشان *gyl efshān*, rosas spargens.

تیغ افشان *tigh efshān*, sagittas spargens.

خون افشان *khūn efshān*, sanguinem fundens.

دل آزار *dil āzār*, cor affligens.

تاب افگن *tāb efgen*, flammas jaciens, flammivomus.

بیخ افگن *bīkh efgen*, radices evellens.

سنگ افگن *seng efgen*, λιθοβόλος, lapides jaciens.

عنبر آگین *'ember agīn*, ambra plenus.

مراد آور *myrād āwer*, desiderio satisfaciens.

دل آور *dil āwer*, cordatus, fortis.

جهان آرا *dzhehān ārā*, عالم آرا *'ālem ārā*, mundum ornans.

مجلیس آرا *medzhlīs ārā*, convivium exornans.

دل آرام *dil ārām*, animum tranquillans.

نبرد آزما *neberd āzmā*, bello adsuetus.

روح آسا *rūh āsā*, animum pacans.

خون آلود *khūn ālūd*, sanguine inquinatus.

غبار آلود *ghubār ālūd*, pulvere conspersus.

روح افزا *rūh efzā*, spiritum augens.

بهجت افزا *beh-dzhet efzā*, hilaritatem augens.

شهر آشوب *shehr āshūb*, urbes perturbans (de puellis formosis).

سر افراز *ser efrāz*, caput extollens.

گردن افراز *gerden efrāz*, collum extendens.

جهان افروز *dzhehān efrūz* | mundum illuminans.
عالم افروز *ʿalem efrūz* |
گیتی افروز *gītī efrūz* |

معرکه افروز *meʿrike efrūz*, proelium accendens.

بوستان افروز *bōstān efrūz*, hortum illuminans, de anemone.

جهان آفرین *dzhehān āferīn*, mundum creans.

دانش آموز *dānish āmūz*, in scientiis versatus.

کار آموز *kār āmūz*, rerum peritus.

مژده آمیز *myzhde āmīz*, laeto nuntio mixtus, laetificus.

راحت آمیز *rāʿhet āmīz*, quiete mixtus, tranquillans.

ستم آمیز *sitem āmīz*, minis permixtus.

رنگ آمیز *reng āmīz*, variegatus, fallax.

هزل آمیز *hezl āmīz*, jocos miscens, jocosus.

پرتو انداز *pertew endāz*, radios diffundens.

دهشت انداز *dihshet endāz*, terrorem injiciens.

آتش انداز *ātish endāz*, ignivomus.

تیر انداز *tīr endāz*, sagittas jaciens.

ظلمت اندوز *s'zulmet endūz*, tenebras colligens (nox).

عبرت اندوز *ʿibret endūz*, admirationem attrahens.

ارشاد انگیز *irshād engīz*, salutifer.

التفات انگیز *iltifāt engīz*, observantiam excitans.

خجلت انگیز *khedzhlet engīz*, pudorem excitans.

خفقان انگیز *khefeqān engīz*, palpitationem cordis movens.

فتنه انگیز *fitne engīz*, turbas excitans.

محنت انگیز *miʿhnet engīz*, calamitatem adferens.

جان آفرین *dzhan āferīn*, animae creator.

جان افزا *dzhan efzā*, animam augens (recreans).

مردم اوبار *merdum ewbār*, homines devorans.

عشق باز *ishq bāz*, cum amore ludens.

دل بر *dilber*, cor rapiens, formosus.

تن پرور *tenperwer*, corpus farciens.

علما پرور *ʿulemā perwer*, doctis favens.

سایه پرور *sāje perwer*, in umbrā educatus.

پوزش پذیر *pūzish pedzīr*, excusationem acceptans, mitis.

ترانه پرداز *terāne perdāz*, harmoniam ornans (musicus).

سخن پرداز *sukhen perdāz*, verba ornans; eloquens.

نقل بند *neql bend*, narrationes jungens (historicus).

فتنه بیز *fitne bīz*, seditionem spargens.

عطر بیز *ʿirr bīz*, aroma spargens.

نادره پیرا *nādire pīrā*, memoranda colligens.

آسمان پیوند *āsemān pejwend*, coelum adtingens.

دولت جوی *dewlet dzhuj*, regnandi cupidus.

گل چین *gül tshīn*, rosas decerpens.

شگوفه چین *shigūfe tshīn*, florilegus.
خوش خوان *khosh khān*, suaviter canens.
سحر خیز *se'her khīz*, mane surgens.
نکته دان *nukte dān*, subtilia intelligens.
سخن ران *sukhen rān*, verba proferens, orator.
کامران *kāmrān*, voto potitus.
اشک ریز *'eshk rīz*, lacrimas fundens
خونریز *khūnrīz*, sanguinem fundens.
گوهر ریز *gewher rīz*, gemmifer.
غمزدا *ghem zedā*, tristitiam discutiens.
ره زن *reh zen*, viam infestans.
سحر ساز *si'hr sāz*, fascinator.
دل سوز *dil sūz*, cor urens.
دل ستان *dil sitān*, cor rapiens (formosus).
جان شکار *dzhan shikār*, venator animarum.
عمر شکاف *'umr shikāf*, vitam findens (mors).
صف شکن *Seff shiken*, acies perrumpens.
کار شناز *kār shināz*, negotiorum expertus.
شکر فروش *sheker furūsh*, venditor sachari.
جگر گداز *dzhiger gydāz*, jecur liquefaciens.
ضیا گستر *zijā gyster*, lumen spargens.
عالم گیر *'alemgīr*, orbem subjugans.
دل کشا *dilkyshā*, cor (aperiens) exhilarans.
کشور کشا *kishwer kyshā*, regiones expugnans.

اورنگ نشین *ewreng nishīn*, throno insidens.

ره نما *reh nymā*, viam monstrans.

غریب نواز *gherīb nywāz*, extraneis blandiens; hospitalis.

کامیاب *kāmjāb*, voti compos.

E) *Adjectivum ex adjectivo et substantivo**). Ex. gr.

خوب آواز *khōbāvāz*, praeclara voce praeditus.

خوب روی *khōbrūj*, pulchrā facie praeditus.

پاکیزه خوی *pākīze khūj*, integer morum.

پاک دمان *pākdemān*, puri pectoris.

خوشخوی *khōsh khūj*, bonā indole praeditus.

خوش رفتار *khōsh reftār*, suaviter incedens.

خوش الحان *khōsh elʿhān*, suavis voce.

سیاه چسم *siā tshesm*, niger oculis.

سیاه گوش *siā gūsh*, niger auribus, nomen animalculi.

نیک نام *nīknām*, boni nominis.

این گونه *īn gūne*, hujus coloris.

چهار پا *tshehārpā*, quatuor pedes habens, quadrupes.

F) *Adjectivum e particulâ et nomine compositum ***).

با امید *bāymīd*, (cum spe) sperans.

---

*) Ad analogiam vocabuli fennici jso=jau; sveth. blå=hägg; germanic. baarfuß, etc.

**) Ut sveth. objur, meblem, etc. Germ. Unmensch, etc.

بخرد *bekhred*, (pro بَخِرَد cum sapientiâ) sapiens.
با وفا *bā wefā*, (cum fide) fidelis.
بی وفا *bīwefā*, (sine fide) infidelis.
بيباك *bībāk*, (sine timore) intimidus.
بي سامان *bīsāmān*, (sine mente) stupidus.
بيهنر *bīhyner*, (sine honore) ineptus, stupidus.
بيهوش *bīhush*, (sine intelligentia) mentis impos.
بيش زور *bīsh zūr*, (plus roboris) fortissimus.
نا اميد *nāymīd*, (sine spe) desperabundus.
نا پاك *nāpāk*, impurus.
نا پسند *nāpesend*, ingratus.
نا توان *nātyvān*, impotens.
نا ديده *nādīde*, inexpertus.
نا شناس *nāshinās*, ignarus; ingratus.
نا كس *nākes*, (omenniſta) inhumanus.
فرو مايه *firūmāje*, inferior indole, vilis.
كمعقل *kemʿaql*, exigui intellectûs.
كمبها *kembehā*, exigui pretii.
هماشيان *hemāshidn*, (simul nidus) ejusdem nidi socius.
همبستر *hembister*, ὁμευνος, ejusdem thori.
همخانه *hemkhāne*, in eādem domo vivens.
همدم *hemdem*, unà spirans, amicus.
همزاد *hemzād*, unà natus.
همنشين *hemnishīn*, unà sedens, socius.

G) *Bicomposita.*

بیپروبال *bīperubāl*, alis caudāque carens.

نا بکار *nābekār*, otiosus, nequam.

نا پاکرای *nāpāki rāj*, consilii impuri.

نا خداترس *nākhudāters*, deum non timens.

نا دلپذیر *nādilpedzīr*, animo non acceptus.

ماه وخورشید چهر *māh u khūrshīdi tshehr*, lunae et solis faciem habens, etc.

De Pronominibus.

§. 49. A). Pronomina *Personalia*, quae, aeque ac cetera pronomina omnia, nullum agnoscunt generis discrimen, aut *separata* sunt, aut aliis vocibus *suffixa*.

α) *Pronomina personalia separata.*

Primae personae:

	Singularis.	*Pluralis.*
Nom.	من *mĕn*, ego.	ما *mā*, nos.
Dat. Acc.	مرا *merā*, mihi, me.	مارا *mārā*, nobis, nos.

Secundae personae:

Nom.	تو, *tu*, tu.	شما *shymā*, vos.
Dat. Acc.	ترا *tŭrā*, tibi, te.	شمارا *shymārā*, vobis, vos.

Tertiae personae:

Nom.	او, اوی, وی, *ū*, *uj*, *wej*, ille, a, ud.	ایشان *ishān*, illi, ae, a.
Dat. Acc.	اورا ویرا *ūrā*, *wejrā*, illi, illum.	ایشانرا *ishānrā*, illis, illos, as, a.

Not. 1. Pro ما, شما, ایشان nonnumquam occurrunt pluralia: مایان et ماها nos; شمایان et شماها, vos; شان, ایشانان, ایشانها et اوشان (*'ushān*) illi.

Not. 2. Litera initialis ا pronominum او, اوی, ایشان post particulas: بر (*ber*, super), در (*der*, in), از (*ez* ex, ab) چون (*tshun*, sicut) abjicitur; ex. gr. درو *derū*, in illo, بریشان *berishān*, super illis, ازو *ezū*, ab illo, چونو *tshunū*, sicut ille.

Not. 3. Idem Elif initiale, ubi praepositio ب (*be*, in) antecedit, ad evitandum concursum vocalium plerumque mutatur in د ex. gr. بدو *bedū* pro باو *be'u*, in illo, بدیشان *bedishān*, pro بایشان *be'ishān*, in illis.

Not. 4. Post literam sono vocali *i* adfectam elif τῦ ایشان abjicitur, vocales autem *i*, *i*, antecedentis vocis et subsequentis, coalescunt in unum *ī* ex. c. زیشان, *zīshān* pro زایشان, ab illis, کیشان pro کایشان ut illi. Quod si ante او praefiguntur voces, ز, چ, کِ earundem vocalis evanescit una cum ا pronominis cujus vocalis ad vocem praefixam transit, sic pro ز او *ziū*, fit زو *zū* (ab illo), a کاو *kiū* fit کو *kū* (ut ille) etc.

β) *Pronomina personalia suffixa.*

Casus obliqui pronominum nuper allatorum saepissime exprimuntur syllabis, ex iisdem pro-

nominibus ortis, quae cuicunque voci *) suffigi possunt. Haec pronomina suffixa sunt:

	Singularis.		Pluralis.
Primae Personae:	م *em*	مان *mān.*	
Secundae personae	ت *et*	تان *tān* (pro توان).	
Tertiae personae	ش *esh*	شان *shān.*	

Exempla: دلم *dilem* (pro دل من *dili men*) cor meum; دلت *dilet* (pro دل تو *dili tu*) cor tuum, دلش *dilesh* (pro دل او *dili ū* vel *dili wej*) cor ejus گفتمش *gâftemesh* (pro گفتم اورا *gâftem ūrā*) dixi ei; گفتمت *gâftemet*, dixi tibi (pro گفتم ترا); پدرش را دیدم *pyderesh ra dīdem* (pro پدر اورا دیدم *pyderi ūrā dīdem*) patrem ejus vidi.

Not. 1. *Pluralia:* شان, تان, مان in poësi tantum usu veniunt; ش *esh* et شان a poëtis pro ipso etiam nominativo pronominum separatorum او et ایشان interdum adhibentur.

Not. 2. Pro م *em*, ت *et*, ش *esh* scribitur ام *'em*, ات *'et*, اش *'esh*, si praecedens vox exit in ه lene vel occultum, ex. gr. خامه ام *khāme 'em*, pluma mea, نامه ات *nāme 'et*, liber tuus, جامه اش *dzhāme 'esh*, vestis ejus.

Not. 3. Voces, ا vel و quiescenti terminantes, regulariter coalescunt cum suffixis mediante ی euphonico,

*) Excipe particulas: از (*ez*, ex), با (*bā*; cum), به (*be*, in) بی (*bī*, sine), و (*we*, et), یا (*ja*, seu).

ex. gr. عصايم *'aSā-jem*, baculus meus, گیسویت *gisū-jet*, cirrhus tuus, رویش *rū-jesh*, facies ejus; Sed in poësi vocibus in ا, و, et ی exeuntibus, ob metrum, immediate adnecti possunt suffixa, omissis et ی euphonico et vocali suffixi e, ut: عصام *'aSām*, گیسوت *gisut*, دلتنگیش *diltengish*, anxietas ejus, pro دلتنگیَش *diltengiesh;* quin et, metro urgente, post quamcunque literam vocalis suffixi e excidere potest; نگفتمت *negåftemt*, pro *negåftemet*, non dixi tibi.

Not. 4. Observentur contractiones: کیم *kijem*, pro که ام, چیم *tshijem*, pro چه ام, کیش *kijesh* et کش *kish*, pro که اش; چیش et چش *tshijesh* et *tshish*, pro چه اش, تات *tāt*, pro تا ترا *tāturā*, کوت *kūt*, pro که او ترا *ki u turā*, زوت *zūt*, pro ز او ترا *zi u turā*. (cfr. §. 49. A. α) Not. 4.)

B) Pronomina *Demonstrativa:* این *in*, hic, et آن *ân*, ille, ita vulgo distinguuntur, ut این objectum indicet propinquius, آن vero remotius, unde et illud اسم اشارهٔ قریب *ismi ishārei qerīb*, nomen demonstrativum propinqui, hoc اسم اشارهٔ بعید *ismi isharei be'īd*, nomen demonstrativum remoti, adpellatur. Adjectivorum vices agentia *ante* substantiva semper ponuntur nullique subjiciuntur mutationi haecce

pronomina, ubi vero absolute, i. e. sine adpositis substantivis, adhibentur, per casus flectuntur et numeros:

	Singularis.	*Pluralis.*
Nom.	این *īn*, hic, haec, hoc.	اینان *īnān* et اینها *īnhā*, hi, hae, haec.
Dat. Acc.	اینرا *īnrā*, huic; hunc etc.	اینانرا *īnānrā*, et اینهارا *īnhārā*, his; hos etc.
Nom.	آن *ån*, ille, a, ud.	آنان *ånān*, et آنها *ånhā*, illi, ae, a.
Dat. Acc.	آنرا *ånrā*, illi; illum, am, ud.	آنانرا *ånānrā*, et آنهارا *ånhārā*, illis; illos, as, a.

Not. 1. ا initiale post praepositiones بر, در, از excidit (cfr. §. 49. A. *α*. Not. 2.), ut برین *berīn*, درین *derīn*, ازین *ezīn*, بران *berån* (pro برآن = برا ان), دران *derån*, ازان *ezån*.

Not. 2. Post praepositionem ب, *be*, elif initiale mutatur in د (cfr. A. *α*) Not. 3.) بدین *bedīn*, بدان *bedån* (non vero بدآن quoniam prius duorum اا compensatur literâ د).

Not. 3. Pro کهاین vel کاین scribendum est کین; pro نزاین: نزین; نزآن vero transit in نزان, کآن in کان secundum regulas supra §. 49. A. *α*) Not. 4. allatas.

Not. 4. Ante nomina روز (*rūz*, dies), شب (*sheb*, nox), سال (*sāl*, annus) adverbialiter posita, این contrahitur in ام *im*, ex. c. امروز *imrūz*, hodie, امشب *imsheb*, hac nocte, امسال *imsāl*, hoc anno.

Not. 5. آنی *âni*, i. e. آن sequente ی *reverentiae* (§. 47. pag. 139. Not. 6.) significat: *magnum vel pulchrum quid.* این وآن *īn ve ân*, hoc et illud, vulgo indicat omnes res, in mundo existentes, interdum vero per این intelligitur (haec) vita mundana, per آن (illa) altera vita; نه این وآن *ne īn ve ân:* nihil, ne gry quidem.

Not. 6. Ex این et آن orta sunt composita: چنین *tshunīn* et چنان *tshunân*, talis, همین *hemīn* et همان *hemân*, idem hoc, illud ipsum.

C) Pronomina *Relativa* sunt كه *ki*, qui, plerumque de essentiis animatis et چه *tshi*, (quod) de rebus inanimatis (ut Russorum кто et что). Haec adjectiva ipsa non declinantur, sed, ad instar pronominum relativorum linguae arabicae et hebraeae, casus eorundum indicantur a sequente pronomine personali, vel separato vel suffixo. Ex. c.

Nominativus.	*Dativus et Accusativus.*
مَن كِه ego, qui.	مَرا كِه مَن l. مَن كَمْ ego, cui l. quem.
تُو كِه tu, qui.	تُرا كِه تُو l. تُو كَتْ tu, cui l. quem.
أُو كِه ille, qui.	أُورا كِه أُو l. أُو كَشْ ille, cui l. quam.
مَا كِه nos, qui.	مارا كِه مَا nos, quibus l. quos.
شُمَا كِه vos, qui.	شُمارا كِه شُمَا vos, quibus l. quos.
إشان كِه illi, qui.	ايشانرا كِه ايشان illi, quibus l. quos.

Ad *genitivum* exprimendum et *ablativum* adhibetur praepositio أَزْ quocum pronomen كه ita coalescit, ut كَزْ, abjecto ه, et sono vocali omisso, praepositionis vocalem sibi adsciscat; ex. c.

مَنْ كَزْ مَنْ pro مَنْ كِه أَزْمَن ego, cujus, vel a quo. تُو كَزْ تُو tu, cujus, vel a quo; أُو كَزْ أُو; plural. مَا كَزْ مَا, شُمَا كَزْ شُمَا, ايشان كَز ايشان.

Not. 1. Relativum كه cuique voci, rem animatam significanti, suffigi potest, ut آنكه *ânki*, ille qui, مردكه *merdki*, vir, qui, زنكه *zenki*, femina, quae, اسپانكه *espânki*, equi, qui; sed چه (*tshi*) non occurrit nisi post demonstrativum آن (illud) ex. c. آنچه *ântshi*, id, quod; cum particulis

vero اگر eger, vel گر ger (si) چنان tschunân (ita) چندان tshendân (tantum, quantum) et هر her (omnis) format particulas compositas: اگرچه egertshi vel gertshi, quamvis, چنانچه tshunântshi, sicut, quemadmodum, چندانچه tshendântshi, quantumcunque, هرچه hertshi, quidquid. (هرچه nonnumquam est pro هرکه, (quisque) haud secus ac ruthenicum что pro кто).

Not. 2. Pro relativis که et چه a poëtis interdum adhibetur کجا kudshā, (composit ex کدام kudām, quis, et جا dzhā, locus) quod proprie significat: quo in loco, quomodo. (Vullers l. c. §. 186).

D) Pronomina *Interrogativa*, sunt کدام *kudām*, quis, qualis? et, eadem ac relativa, که *kī*, quis, چه *tshī*, quid, quae vero *interrogative* sumta, regulariter declinantur:

Singularis.

Nom. که. *Gen.* et *Abl.* که ازکه vel که — *Dat.* et *Acc.* کرا.

— چه ——— ازچه l. چه — ——— چرا.

Pluralis τῶ که (quod numquam adjective, semper elliptice seu absolute, i. e. sine substantivo, usurpatur) est کیان *kiān*, quinam? de rebus animatis, ratione praeditis; چه *tshi*, proprie, et quidem elliptice, adhibetur de rebus inanimatis idcoque in plurali habet چها *tshihā* (§. 34.)

quaenam (res)? Quod si substantivo adjungatur naturamque ita induat nominis adjectivi, de animatis aeque ac inanimatis valet, ut: چه کس است *tshi kes est*, quisnam homo est? چه چیز است *tshi tshiz est*, quaenam res est?

Not. 1. که et چه nonnumquam servant formas primitivas: کی, چی, quae cum verbo substantivo است coalescunt in کیست *kīst*, quis est? et چیست *tshīst*, quid est?

Not. 2. Dativus چرا plerumque adverbiascit et vertendum est: quare? quam ob rem? cui bono? Utut objectum verbi in accusativo positum چه particulam را respuit. Cum substantivis سان et گونه format adverbia چسان *tshīsān*, چگونه *tshīgūne*, quo modo?

Not. 3. کدام *kudām* (cujus formae rariores sunt: کدامی *kudāmī* et کدامین *kudāmīn*) substantivo, animatas inanimatasve res significanti adjungitur et semper manet immotum, generisque adeo et numeri discrimen ignorat.

E) Pronomina *Reflexiva* sunt خود *khūd*, خویش *khīsh*, خویشتن *khīshten*, ipse, sui, sibi, se; quae in Dativo et Accusativo particulam را sibi postponunt et in utroque numero sine discrimine usurpantur ex. c. من خودرا میبینم *men khūdrā mībīnem*, ego me ipsum video,

ایشان خودرا میبینند *ishān khŭdra mibīnend*, illi se ipsi vident.

Not. 1. Pronomen خود, ipse, saepissime cum pronominibus personalibus jungitur iisdem plus roboris addens et efficaciae, ex. c. من خود *men khŭd*, ego ipse, توخود *tu khŭd*, tu ipse, اوخود *ū khŭd*, ille ipse, ماخود *mā khŭd*, nos ipsi, شماخود vos ipsi, ایشان خود *ishān khŭd*, illi ipsi.

Not. 2. *Reciprocum* suethicum hwarandra Persae exponunt per یکدیگررا *jek dīger rā*, (unus alium) alter alterum.

F) Pronominum vel adjectivorum *possessivorum* vices in linguâ persicâ agunt: 1:o Genitivi pronominum *personalium*, tum separatorum, tum suffixorum, ex. c. دل من *dili men*, l. دلم *dilem*, cor meum, دل تو *dili tu*, vel دلت *dilet*, cor tuum, دل او *dili ū* vel دلش *dilesh*, cor suum; دلهای ما *dilhāi mā*, corda nostra, دلهای شما *dilhāi shumā*, corda vestra, دلهای ایشان *dilhāi ishān*, corda sua.

2:o Genitivi pronominum *reflexivorum*, ex. c. پدرخود *pyderi khud*, pater suus, خدای خویش *khudāi khish*, Deus suus.

3:o Pronomina possessiva *elliptice* posita (Francogallorum le mien le tien etc.) in linguâ Persarum exprimuntur pronomine demonstrativo آن *ân*, conjuncto, per sonum vocalem *i*,

cum sequente pronomine personali خود; nonnunquam voci آن praemittitur praepositio از, ex. gr.

آن من *âni men*, l. ازان من *ez âni men*, meus (le mien).
آن تو *âni tu*, l. ازان تو *ez âni tu*, tuus.
آن او *âni ū*, l. ازان او *ez âni ū*, suus.
آن ما *âni mā*, l. ازان ما *ez âni mā*, noster etc.
آن خود *âni khūd*, l. ازان خود *ez âni khūd*, meus, tuus, suus proprius.

G) Pronomina *Indefinita* sunt: هر *hĕr*, quilibet, quicunque, quivis; هيچ *hitsh* l. ايچ *itsh*, ullus; هيچ نه *hitsh-ne*, nullus, nemo; كس, *kes*, كسی *kesī*, (proprie: homo) شخصی *shekhsī*, (persona) aliquis; يكی *jeki*, (unus) aliquis; هركه *herki*, هر آنكه *her ânki*, quisquis; هرچه *hertshi*, هر آنچه *her ântshi*, quidquid; هركدام *herkudām*, quicunque; هريكی, *herjeki*; هريك *herjek*, هركس *herkes*, هرشخص *hershekhs*, unusquisque; چند *tshend*, aliquot; چند تنی *teni tshend* et چند تن *tshend ten*, personae aliquot, complures; هر دو *her du*, اين و آن *īn uân*, uterque; يا اين يا آن *ja īn ja ân*, alteruter, utervis; نه اين نه آن *ne īn ne ân*, neuter; فلان *fulān* (ex arabico) ὁ δεῖνα, quidam.

De Numeralibus.

§. 50. A) *Cardinalia*, quibus respondetur ad quaestionem چند *tshend*, quot? sunt:

١ یک *jek.*
٢ دو *dŭ.*
٣ سه *se.*
۴ چهار *tshehār.*
٥ پنج *pendzh.*
٦ شش *shesh.*
٧ هفت *heft.*
٨ هشت *hesht.*
٩ نه *nuhh.*
١٠ ده *dähh.*
١١ یازده *jäzdähh.*
١٢ دوازده *dŭwāzdähh.*
١٣ سیزده *sīzdähh.*
١۴ چهارده *tshehārdähh.*
١٥ پانزده *pānzedähh.*
١٦ شانزده *shānzĕdähh.*
١٧ هفتده *heftdähh* (هفده)
١٨ هشتده *heshtdähh.*
l. هشده l. هژده *heshdähh.*
١٩ نوازده *nuwāzdähh.*
٢٠ بیست *bīst.*

٢١ بیست ویک *bīstujek.*
٢٢ بیست ودو *bīstudu.*
٢٣ بیست وسه *bīstusé.*
٢۴ بیست وچهار *bīstutshehār.*
٢٥ بیست وپنج *bīstupendzh* etc.
٣٠ سی *sī.*
٣١ سی ویک *sīujek* etc.
۴٠ چهل *tshehel.*
٥٠ پنجاه *pendzhāh.*
٦٠ شست *shest.* vel شصت
٧٠ هفتاد *heftād.*
٨٠ هشتاد *heshtād.*
٩٠ نود *nuved.*
١٠٠ صد *Săd* (Fennice ſata).
١٠١ صد ویک *Sădujek.*
٢٠٠ دویست *duwīst.* vel دو صد *duSăd.*
٣٠٠ سه صد *seSăd.*
۴٠٠ چهار صد *tshehārSăd.*

٥٠٠ پانصد *pānSăd.*
vel پنج صد *pendzh-Săd.*
٦٠٠ شانصد *shānSăd.*
vel شش صد *shesh-Săd.*
٧٠٠ هفت صد *heftSăd.*
٨٠٠ هشت صد *heshtSăd.*
٩٠٠ نه صد *nuhSăd.*
١٠٠٠ هزار *hezār.*
٢٠٠٠ دو هزار *duhezār.*
١٠٠٠٠ ده هزار *dähhezār.*

vel تومان *tümān*(тьма).
vel بیور *bīwer.*
١٠٠٠٠٠ صد هزار *Sădhezār.*
vel ده تومان *dähh tūmān.*
vel لک *lek.*
١٠٠٠٠٠٠ هزار هزار *hezār hezār.*
vel صد تومان *Săd tūmān.*
٦٠٠٠٠٠٠٠ شش بار بیور هزار *shesh bār bīwer hezār.*

یک هزار هشت صد چهل ودو : ١٨٤٢.

Not. 1. Cardinalia: 11—19 composita sunt e numeris minoribus 1—9 et numero denario ده, praepositione از l. ز (ex, ultra) aut interpositâ, ut دوازده (*du ez dähh*) duo ultra decem (cfr. два на десять, двѣнадцать), aut omissâ, ut چهارده (cfr. vierzehn). Dicitur autem, ob euphoniam, pro یکزده (*jekzedähh*), یازده; pro پنج زده, پانزده; pro پنج صد, پانصد etc. — چهار *tshehār* saepius contrahitur in چار *tshār.* De cetero nulli mutationi subjecta sunt haec numeralia, si exceperis هزار quod interdum habet pluralem in ان: هزاران. Quod si یک, دو, سه etc. plurali terminatione گان augeantur, *distributive* aut *multiplicative* sumenda sunt. Vide infra sub literis C, D.

B) *Ordinalia*, quae respondent ad quaestionem كداميين *kudamīn*, quis eorum? e cardinalibus, additâ terminatione ُم *um* (§. 47. N. *η*) nonnumquam ين et مين, orta sunt; sed pro يكم *jekúm*, magis in usu est نخست *nŭkhúst* l. نخستين *nŭkhustīn*, primus; Cetera sunt: دوم *duwúm* l. دويم *duwīm*, secundus; سوم l. سيوم *siwúm*, tertius; چهارم l. چارم *tshehārum* l. *tshārúm*, quartus; پنجم *pendzhúm*, quintus; ششم *sheshúm*, sextus; هفتم *heftúm*, septimus; هشتم *heshtúm*, octavus; نهم *nuhúm*, nonus; دهم *dehúm*, decimus; يازدهم *jāzdehúm*, undecimus; دوازدهم *duwāzdehúm*, duodecimus; سيزدهم *sīzdehúm*, decimus tertius etc. بيستم *bīstúm*, vicesimus; بيستويكم *bīstujekúm*, 21:mus etc., بيستودوم *bīstuduwúm*, 22:dus; بيستوسوم *bīstusiwúm*, 23:us etc. سيم *sīúm* l. سي‌ام *si'úm*, tricesimus; چهلم *tshehelúm*, quadragesimus; پنجاهم *pendshāhúm*, quinquagesimus etc.; صدم *Sădúm*, centesimus; صد ويكم *Sădujekúm*, centesimus primus etc.; دويستم *duwīstúm*, ducentesimus; سه صدم *seSădúm*, trecentesimus; چهارصدم *tshehārSădúm*, quadringentesimus etc.; هزارم *hezārúm*, millesimus; دوهزارم *duhezārúm*, bis millesimus etc.

C) *Distributiva* varie exprimuntur et quidem: vel numero cardinali bis repetito, ut يكيكا

jek jek, یکی یکی *jekī, jekī*, **singuli**, هفت هفت *heft heft*, **septeni**; vel plurali terminatione گان, ut یگان *jegān*, **singuli**; vel interpositâ inter cardinale bis repetitum aut literâ ا aut praepositione با *bā* l. ب *bĕ*, ex. c. یکایک *jekājek*, یکبایک *jekbājek*, یکبیک *jekbejek*, **singuli**; دوبدو *dubedu*, **bini** (pro quo nonnumquam dicitur دوی *duwī*,) سه بسه *se be se*, **terni** etc.

D) *Multiplicativa* formantur additis nomini cardinali terminationibus: تا, لا, گان l. گانه ex. gr. یکتا *jektā*, یگان *jegān*, یگانه *jegāne*, **simplex**; دوتا *dutā*, دولا *dulā*, دوگان *dugān*, دوگانه *dugāne*, **duplex** etc. لابلا *lābelā*, **multiplex**.

E) *Proportionalia* fiunt additâ numero cardinali particulâ چندان *tshendān*, ex. c. دوچندان *du tshendān*, **duplum**; سه حندان *se tshendān*, **triplum**; چهار چندان *tshehār tshendān*, **quadruplum**; صد چندان *süd tshendān*, **centuplum**.

F) *Numeri fracti* tali exponuntur modo, ut numero dividenti, sive indici, postponatur numerator i. e. cardinale یک *jek*, ubi de *unâ* parte est quaestio; ex. c. سه یک *se jek*, **triens**; چهار یک *tshehār jek*, $\frac{1}{4}$; پنج یک *pendzh jek*, $\frac{1}{5}$;

هزار يكى *hesār jek*, $\frac{1}{1000}$, pro quibus etiam dici potest: يكى از سه *jeki es sé*, يكى از چهار *jeki es tšhehār*, يكى از هزار *jeki es hesār*, et proinde دو از سه *du es sé* $\frac{2}{3}$; دو از پنج *du es pendzh* $\frac{2}{5}$ etc.; *dimidia pars* est: نيم *nīm*, quae vox, sine vocali connectenti *i* (*iszāfet*), nomini sequenti immediate praemittitur, ut: نيم بدست *nīm bidist*, dimidium spithamae; نيم ساعت *nīm Sāʿet*, dimidium horae. Saepius autem Persae utuntur vocibus arabicis: نصف *nisf*, $\frac{1}{2}$; ثلث *tsults*, vulgo: *suls*, $\frac{1}{3}$; ربع *rubʿ*, $\frac{1}{4}$; خمس *khums*, $\frac{1}{5}$; سدس *suds*, $\frac{1}{6}$; سبع *subʿ*, $\frac{1}{7}$; ثمن *tsumn*, $\frac{1}{8}$; تسع *tusʿ*, $\frac{1}{9}$; عشر *ʿusr*, $\frac{1}{10}$.

§. 51. *Terminos technicos* nominum, pronominum et numeralium omnes e linguâ arabicâ mutuos acceperunt Persae; indolem vero cum prodat lingua persica ab arabicâ valde diversam, non est mirum, vocabula Arabum technica minus bene quadrare ad nomina persica. Communis autem et vulgatissimi usûs sunt: اسم *ism*, nomen; صفت *Sifet* (proprie: descriptio, qualitas) et نعت *neʿet* (epitheton) Adjectivum; موصوف *mewsūf* et معنوت *meʿnūt* (descriptum) Substantivum, quod adcuratius insignitur termino: اسم مقابل للصفة *ismi muqābil lissifet*, nomen oppositum adjectivo; علم *ʿelem*, nomen proprium; اسم جنس *ismi*

dshins, nomen adpellativum, quod etiam per اسم عين *ismi ʿain*, nomen substantiae, insignitur; اسم معنی *ismi meʿenā*, nomen abstractum; جامد *dzhāmid* (solidum), مأخوذ منه *mākhuds minhu* (e quo quid sumtum l. derivatum), غیر مشتق *gheiri mushtaqq* (non derivatum) nomen primitivum; مأخوذ *mākhudz* (sumtum i. e.) derivatum; مشتق *mushtaqq*, derivatum et quidem e *verbo;* مركب *murekkeb*, compositum; غیر مرکب *gheiri murekkeb*, non compositum; اسم مصدر *ismi mesder*, nomen actionis; اسم فاعل *ismi fāʿil*, nomen agentis, nomen participiale activum; اسم مفعول *ismi mefʿūl*, nomen participiale passivum; اسم لیاقت *ismi liāqet*, nomen convenientiae, (§. 46. D); حاصل مصدر *ʿhāsili mesder*, nomen abstractum qualitatis; اسم صاحبی *ismi Sāhibī*, nomen possidentis; اسم محافظت *ismi muʿhāfes'zet*, nomen custodientis; اسم ظرف *ismi s'zerf*, nomen loci et temporis; اسم مكان *ismi mekān*, nomen loci; اسم كثرت *ismi ketsret*, nomen abundantiae (§. 47. B, β); اسم زمان *ismi zemān*, nomen temporis; اسم وعا *ismi wiʿā*, nomen vasis §. 47. E. δ; اسم آلت *ismi ālet*, nomen instrumenti; اسم مشبهت *ismi musheb-*

behet, nomen similitudinis; اسم تصغير *ismi tesghīr*, vel اسم مصغّر *ismi museggher*, nomen diminutivum; اسم مبالغت *ismi mubāleghet*, nomen intensivum, اسم منسوب *ismi mensūb*, nomen relativum (adjectiva patronymica, materialia et relationis indefinitae §. 47, L. M. N. اسم عارضى *ismi ʿāriszī* صفتى عارضى *Sifeti ʿāriszī*, nomen accidentale (huc referuntur omnia adjectiva composita (§. 48. C, D, E, F) adjectiva numeralia, pronomina demonstrativa, interrogativa et indefinita). اسم تفضيل *ismi tefszīl*, nomen excellentiae i. e. adjectivum comparativi l. superlativi gradûs. — Multi insuper sunt termini technici, qui de nominibus valent mere arabicis (quorum infinita in linguam neo-persicam irrepsit copia), ut مجرّد *mudszherred*, nomen nudum i. e. literis solummodo radicalibus constans; مزيد فيه *mezīd fīhi*, nomen auctum; سالم *sālim*, sanum; غير سالم *gheiri sālim*, non sanum, i. e. irregulare; مضاعف *muszāʿef*, surdum etc., sed horum cognitio, aeque ac ipsorum nominum arabicorum forma et significatio, e grammaticâ arabicâ hauriendae sunt. — *Pronomina:* ضمائر *szemāir*, a singulari ضمير *szemīr* (arcanum mentis, cogitatio, subintellectum). ضمير متكلّم *szemīri mutekellim*, pronomen loquentis i. e.

primae personae; ضمیر مخاطب *szemīri mukhāteb*, pron. secundae personae; ضمیر غائب *szemīri ghāib*, pron. absentis, i. e. tertiae personae; ضمیر منفصل *szemīri munfesil*, pronomen separatum; متّصل *muttesil*, adfixum. اسم اشارة *ismi ishāre*, pronomen demonstrativum; اسم موصول *ismi mewsūl*, pron. relativum; اسم استفهام *ismi istifhām*, pronomen interrogativum; اسم عارضی *ismi ʿāriszī*, nomen accidentale, pronomen indefinitum (vide supra). — *Numeralia:* اسمای عدد *'esmāi ʿeded*, quorum sunt quatuor classes seu gradus (مرتبات *mertebāt*): آحاد *āhād*, monades; عشرات *ʿesherāt*, decades; مئات *miāt*, numeri centenarii; الوف *'ulūf*, millia.

De Particulis.

§. 52. Voces indeclinabiles: *adverbia*, *praepositiones*, *conjunctiones* et *interjectiones* comprehenduntur communi adpellatione حروف *ʿhurūf*, (in singulari numero حرف *ʿherf*, proprie litera alphabeti, dein particula, multae enim particulae arabicae ex unā tantum constant literà). Particularum aliae sunt vera nomina vel e nominibus saltem oriunda, aliae, eaeque pauciores, primitivae; quas omnes enumerare hujus non est

loci, eas tamen, quarum usus admodum frequens est, in certos ordines secundum earundem vim et significationem dispositas, heic adferre, ab re non erit alienum.

A d v e r b i a.

§. 53. *α*) Adverbia loci: كجا *kudzhā* (compositum e كو *kū*, ubi? et جا *dzhā*, locus) quo loco? در كجا *der kudzhā*, in quo loco? اينجا *indzhā*, در اينجا *der īndzhā*, hic; ايدر *eider* et *ider*, ادرا *idrā*, heic; آنجا *åndzhā*, در انجا *deråndzhā*, illic; هر جا *herdzhā*, همه جا *hemēdzhā*, هر كجا *herkudzhā*, ubique; هيچ جا *hitsh dzhā*, ullibi, هيچ جا نه *hitsh dzhā ne*, nullibi; اندو, *'endū*, اندرون *'enderūn*, درون *derūn*, intus; بيرون *bīrūn*, foris; بالا *bālā*, supra, sursum; فرا *firā*, فرو *firū*, فرود *firūd*, infra, deorsum; — بكجا *bekudzhā* (куда) quorsum? بدينجا *bedīndzhā*, اينسو *īnsū*, بدينسو *bedīnsū*, huc; in hanc partem (سو); آنسو *ånsū* بدانجا *bedåndzhā*, illuc; — ازكجا *es kudzhā*, unde? ازينجا *ezīndzhā*, ازانجا *ezåndshā*, hinc, illinc; ازبالا *ez bālā*, desuper; — دور *dūr*, procul; نزديك *nezdīk*, prope; فراز *firās*, ex adverso, obviam; پيش *pīsh*, antrorsum; پس *pes*, در پس *der pes*, a tergo; برابر *berāber* (брoft

mot bröst) ex opposito; چپوراست tshepūrāst, sinistrorsum et dextrorsum; زیروبالا zīru-bālā, deorsum et sursum.

β) Temporis: کی kej, quando? کنون kŭnūn, اکنون 'eknūn, ایدون 'eidūn, nunc; همیندم hemīndem, hoc ipso momento; هنوز henūz, adhuc; امروز imrūz, (pag. 155, Not. 4.) hodie; امشب imsheb, hac nocte; امسال im-sāl, hoc anno; پارسال pārsāl, anno praeterito; پریر سال perīr sāl, پیرازسال pirāzsāl, anno ante hunc secundo; آنگاه ångāh, آنگه ångeh, tum temporis; پیشازین pīshezīn, antehac; دی dī, دیروز dīrūz, heri; دوش dush, heri vesperi; پریر perīr, nudius tertius; — فردا ferdā, cras; پس فردا pes ferdā, perendie; پس ازین pes ezīn, posthac; دیگر dīger, aliās; — هرزمان herzemān, همیشه hemīshe, semper; هر روز her rūz, quotidie; شبوروز sheburūz, noctu diuque; هر سال her sāl, quotannis; سالبسال sāl be sāl, idem; گاه گاه gah gah, interdum; ناگاه nāgāh, inoportuno tempore, ex improviso; هرگز — نه herges — ne, numquam; بامداد bāmdād, mane; شام shām, vesperi.

δ) Quantitatis: چند tshend, quantum? اندک 'endek, parum; بسیار bisjār, فراوان firāwān, multum; بیش bīsh, plus; کم kem,

minus; كمابيش *kemābīsh*, plus minusve; بس *bes*, satis, tantum (*basta*).

δ) Modi et qualitatis: چگونه *tshigūne*, چه سان *tshi sān*, quomodo? بدينگونه *bedīngūne*, بدينسان *bedīnsān*, ita, sic; آنچنان *'ādzūn*, ejusmodi, ita. Ceterum haec adverbia quolibet adjectivo qualitatis exprimi possunt, ut نيک *nīk* (bonus) bene; بد *bĕd*, male; مردانه *merdāne*, viriliter; جاهلانه *dzhahilāne*, stulte; دانايانه *dānājāne*, prudenter (cfr. §. 47. Not. β).

ε) Ordinis et numeri: vel adjectivis numeralibus persicis, vel accusativo casu ordinalium arabicorum exprimuntur: ex. c. نخست *nukhust*, primo, ثانيا *tsāniā* l. *tsānian*, secundo etc. چند بار *tshend bār*, quoties? چندان بار *tshendān bār* toties; باری *bārī* l. يکبار *jek bār*, semel; دو بار *du bār*, bis etc.; بارها *bārhā*, aliquoties; بسيار بار *bisjārbār*, saepe.

ζ) Similitudinis: چو *tshu*, چون *tshun*, چونين *tshunīn*, همچو *hemtshu*, همچونين *hemtshunīn*, ut, sicut; همانا *hemānā*, velut.

η) Affirmandi: آری *'ārī*, بلی *belī*, بل *bel*, ita est; بی گمان *bi gymān*, بی شک *bi shekk*, sine dubio; بدرستی *bedurustī* profecto; بکردار *be kerdār* (въ самомъ дѣлѣ) reapse; بسر وچشم *be seru tshesm* (capite et oculo, i. e.)

lubentissime. فرضا fersză, ferszăn, (arab. plane, omnino.

ϑ) *Negandi:* نه, نا *ne, nă,* non; خير *kheir,* haud; بنيز *biniz,* هرگز — نه *hergez—ne,* numquam; هيچ — نه *hitsh — ne,* nihil umquam; مه l. م *me* (imperativo praefixum) ne; هيچگونه نه *hitshgüne—ne,* nullo modo.

ι) *Dubitandi:* مگر *meger,* بلكى, بلكيده, بلكه *belkī, belkīde, belke,* fortassis, quin potius; اندى *'endī,* انديك *'endīk,* forsitan, شايد *shăjed,* fieri potest.

κ) *Interrogandi:* چرا *tshiră* (pag. 158, Not. 2) quare? ازچه سبب *ez tshi sebeb,* quam ob caussam? ايا *'ejă,* num? (alia vide sub litt. *α, β, γ, δ, ε*).

λ) *Demonstrandi:* آرى *'ărī,* اينك *'inek,* نك *nek,* ecce!

μ) *Optandi:* كاج *kădzh,* كاجكه *kădzhki,* كاجكى *kădzhkī,* كاش, كاشكه, كاشكى *kăsh, kăshki,* utinam!

Praepositiones.

حروف جر

§. 54. Praepositiones persicae sunt: *α*) aut merae particulae nominibus praeponi solitae, aut *β*) nomina, vel adverbialiter sumenda, vel cum praepositionibus, proprie sic dictis, conjuncta,

semper vero per *constructionem* genitivi (*kesrei izāfei* §. 35. 2.) sequenti nomini praemissa, qua quidem constructione a ceteris nominibus, particularum loco adhibitis, adverbiis puta et conjunctionibus, satis dignoscuntur.

Praepositiones proprie sic dictae: ابا *'ebā* l. با *bā*, cum; ابر *'eber* l. بر *ber*, super, contra, apud; ابی *'ebī* l. بی *bī*, sine; از *'ez* (изъ) ex, de, ab (unde, abjecto ا, fit inseparabilis ز *zi*); اندر *'ender* l. در *der*, in, de; به *be*, in, ad, per (inseparabili formâ: بَ *bĕ*); تا *ta*, usque ad; جز *dzhuz*, بجز *bedzhuz*, praeter; وا, فا (inseparabiles) re, retro.

Locutiones praepositionales: اندرون *'enderūn(i)*, in interiori parte, in; بالای *bālā(ji)* l. بربالای *berbālā(ji)*, in parte superiori, supra; برای *berāji*, ازبرای *ez berāji*, (ex arabico) ratione, respectu, ob, propter; پس *pes(i)*, پس از *pes ez*, ازپس *'ez pes(i)* (изъ-за) در پس *der pes(i)* post; از پی *ez peji* (pro از پای) (a pede) post; propter; بهر *behr(i)*, ازبهر *ez behr(i)*, propter, caussâ; پهلوی *pehluj(i)*, ad latus, coram, juxta; بیرون *bīrūn(i)*, از بیرون *ez bīrūn(i)*, دربیرون *der bīrūn(i)*, extra; e parte exteriori; پیش *pīsh(i)*, ante; از جهت *ez dzhihet(i)*, بجهت *bedzhihet(i)* (ex arabico) caussâ, ratione; سوی *zi*, versus;

زیر *zīr(i)*, بزیر *bezīr(i)*, in parte inferiori, sub; سوی *sūji*, بسوی *besūji* (ad latus) versus; فراز *firāz(i)*, supra. گرد *gird(i)*, circum, circa; میان *miān(i)*, در میان *der miān(i)*, in medio, inter; نزد *nezd(i)*, نزدیک *nezdīk(i)*, بنزدیک *benezdīk(i)*, prope, juxta.

Not. 1. Praepositiones اندر, اندرون, در, بر, saepe fiunt *postpositiones*, quo tamen facto nomen, cui postponuntur, semper praemissam sibi habet praepositionem بِه l. بَ, ex. c. بدریا در *be derjā der* (pro: در دریا *der derjā*) in mari; بشهر اندر *beshehr 'ender*, in urbe; بباغ اندرون *be bāgh enderūn*, in horto; بسر بر *be ser ber*, super capite.

Not. 2. Plures praepositiones duplices vel compositas in linguā persicā inveniri, probant supra allata (§. 54, β) exempla, quibus multa addi possent. Conferantur praepositiones suethicae: ofwanifrån, inuti, midtemellan etc., et Russorum: изъ-за, изъ-подъ.

Conjunctiones,

حروف موصول vel عطف

§. 55. α) *Copulativae:* و *we*, *u*, et; نیز *nīz*, etiam; هنوز *henūz*, هم *hem*, quoque; خود *khūd*, quin etiam.

β) *Disjunctivae:* چه—چه *tshi—tshi*, et—et; یا—یا *ja—ja*, aut—aut; چه—یا *tshi—ja*, sive—sive; هم—هم *hem—hem*, tam—quam; زمانی—زمانی *zemāni—zemāni*, modo—modo,

γ) Conditionales: ار *er*, گر *ger*, اگر *eger*, ور *wer*, وگر *weger*, si; گر نه *ger ne*, مگر *meger*, nisi; گرازانکه *gerezānki*, sit ut, positum sit; فرضاکه *ferszāki*, subposito.

δ) Adversativae: اما *emmā* (arab.), sed, tamen; لیك *līk*, لیکن *līken*, (arab.) attamen; بل *bel* (arab.) بلکه *belki*, at vero.

ε) Concessivae: گرچه، اگرچه، ورچه *gertshi*, *egertshi*, *wertshi*, etsi, etiamsi; هرچندکه *hertshendki*, quantumvis; باانکه *bāānki*, quamvis, licet.

ζ) Caussales et Conclusivae: که *ki*, quia, quod; چو، چون، چونکه *tshu*, *tshun*, *tshunki*, quum, quando; زیرا، زیراکه *zīrā*, *zīrāki*, propterea quod. زانکه *zānki*, از برای آنکه *ez berāi ān ki*, از بهر آنکه *ez behri ān ki*, ازانجا که *ez ān dzhā ki*, بحکم آنکه *be'hukmi ānki*, ideo, idcirco, propterea, quod; بنا برین *benā ber īn*, initendo his, quapropter. لهذا *lihādza* (arab.) ideo; فی الجمله *fildzhumle* (arab.) in summa, breviter; القصه *elqisse*, (arab., proprie: historia, item: turba uno loco collecta) summatim, verbo.

η) Finales: تا *tā*, تاکه *tā ki*, ut; تا—نه *ta—ne*, ne.

ϑ) Temporales: چو چون *tshu*, *tshun*, quum; وقتی که *weqtīki*, quando; هرگاه که *hergāhki*,

هروقتکه *herweqtki*, quoties cunque; پیشازانکه *pīsh ez ânki*, priusquam; پسازانکه *pes ez ânki*, postquam. تا *tā*, dum, donec, antequam.

Interjectiones.

أَصْـــوَات

§. 56. *Acclamantis:* ای *i*, الا *elā*, هلا *helā*, یا ایها *jā, ejjuhā*, (arab.) heus! اینک *īnek*, ecce!

Hortantis: هین *hīn*, festīna! هی *hej*, های *hāj*, هان وهان *hān vehān*, زنهار *zinhār*, cave!

Dolentis: آه *āh*, وای *wāj*, وا *wā*, ایواه *ejwāh*, vae! eheu! دریغ *dirīgh*, دریغا *dirīghā*, دردا *derdā*, proh dolor! افسوس *efsūs*, خیلی افسوس *kheili efsūs*, dolendum, valde dolendum! مدد *meded*, heu (quod etiam est *auxilium implorantis*).

Fastidientis et *abominantis:* تفو *tŭfū*, phui! مبادا *mebādā*, absit! دور از ما *dūr ez mā!* procul a nobis! بدا *bedā* (бѣда!) male!

Admirantis et *Laudantis:* با *ba*, په په *peh, peh;* به *beh*, پخ *pekh*, papae! خوشا *khoshā*, bene! (et arabicae:) بارک الله *bārek allāh* (benedicat Deus), ما شا الله *māshāllāh* (quid voluerit Deus), الله اکبر *allāh 'ekber* (Deus est maximus) سبحان الله *sub'hānallāh* (laus Deo) الله الله *allāh! allāh!* o quam bene! Deum immortalem!

Silentium jubentis: خاموش! خموش *khamūsh!* silentium!

Caput Tertium.
De Syntaxi.

§. 57. Quum sit proximo capite de formâ et flexione singularum vocum persicarum dictum, sequitur, ut ipsam vocabulorum constructionem, qualis in enuntiationibus, tum simplicibus, tum compositis occurrat, breviter perstringamus. — Quae vero de syntaxi universali vulgo proponi solent, utpote unicuique linguae persicae studioso absque dubio cognita, eatenus tantummodo attigimus, quoad terminorum technicorum usus, quem ab omni parte praeterire noluimus, id nobis jubere visus est.

§. 58. Essentiales cujusvis enuntiationis, sive propositionis, partes quum sint: *subjectum* (مبتدأ *mubtedā*, proprie: inchoativum) et *praedicatum* (خبر *kheber*, proprie: nuntius) quorum mutuam rationem *) exprimit *copula* رابط *rābiṭ*, i. e. ligans), ex hisce partibus omnes ceterae, quae in enuntiationem quandam ingre-

*) Ratio, quae est inter subjectum et praedicatum, in usu technico Grammaticorum (فی اصطلاح النحويين) insignitur voce (اسناد *isnād*, ratio, relatio, a verbo سند nixus fuit quâ re), hinc *praedicatum* aliâ adpellatione vocatur مسند *musnad* (quod nititur alio, relatum ad aliud), et *subjectum*

diuntur, pendeant necesse est. Hinc partes enuntiationis accidentes, sive secundi ordinis, communi adpellatione vocantur متعلقات *muta'alliqāt* i. e. pendentes.

---

1. مسند اليه *musnadun ilaihi* (id, quo quid nititur). Nonnumquam vero *subjectum* insignitur denominatione: اَلْمَوْضُوعُ *almavsū'u* i. e. positum, et praedicatum اَلْمَحْمُولُ *alma'hmūlu*, i. e. portatum. Praeterea Subjectum verbi *activi* et *neutrius* adpellatur فاعل *fā'il*, agens, subjectum vero verbi *passivi* مفعول ما لم يسمّ فاعله *maf'ūlun ma lam jusamma fā'iluhu* (in quem agitur ab agente non nominato) vel القائم المقام الفاعل *alqāimu-lmaqāma-lfā'ili* (occupans locum agentis). Discrimen porro inter مبتدأ *mubtedā*, inchoativum et فاعل *fā'il*, subjectum agens, in eo consistit, quod *illud* in ipso initio enuntiationis, et quasi extra contextum, positum est, *hoc* autem ipso *verbo* continetur, vel *post* verbum expresse ponitur. Quod in linguà praesertim arabicâ observatur; ex. c. اللّه يعلم *allāhu ja'lamu*, Deus novit, ubi اللّه est inchoativum, in يعلم vero continetur l. subintelligitur subjectum agens هو *hūwā*, ille, q. d. Deus, ille novit; عمر مات ابوه *'omar māta abuhu*, 'Omar (vel quod pertinet ad 'Omarum) mortuus est pater ejus;

§. 59. Singulae voces cujuslibet enuntiationis insigniuntur nomine کلیمه *kelīme*, vocabulum unum, vel مفرده *mufrede*, vox separata; complexus autem omnium vocum quae ad constituendam propositionem integram conferunt, vocatur کلام *kelām*, phrasis, sive simplex sit, i. e. uno tantum subjecto et uno praedicato constans, sive composita e duabus pluribusve enuntiationibus simplicibus. Enuntiatio simplex alio nomine vocatur جمله *dzhumle* (summa), quâ eâdem adpellatione duae vel plures voces cujusvis enuntiationis insigniuntur, quamvis sensum integrum non proferant (plenius: جملهٔ ناقص *dzhumlei nāqis*, phrasis imperfecta).

§. 60. Enuntiatio est 1:o *nominalis*, جملهٔ اسمیّه *dzhumlei ismije*, cujus praedicatum nomine efficitur adjectivo l. substantivo (cujus locum saepe occupat infinitivus); ex. c. (* عمر مریض است

quo in casu مبتدا per subjectum absolutum haud inepte redditur.

Exemplum persicum: پادشاه میگوید *padshah mīgujed*, explicite: پادشاه میگوید او *padshah migujed u* Rex (vel: quod ad regem adtinet) ille dicit.

*) Copulae locum occupat است, non هست, quae vox *existentiae* notionem includit, ut: خدا هست *khudā hest*, Deus est (existit); روز دادی هست

'omar merīz est, 'Omar aegrotus est; این مرد پادشاهست *in merd padshāhest* (cfr §. 17. Not. 1.) hic vir rex est. 2:o *Verbalis* جملهٔ فعلیّه *dzhumlei fi'lije*, in qua praedicatum et copula, interdum etiam omnes essentiales enuntiationis partes, verbo finito exprimuntur, ex. c. پادشاه رسید *padshāh resīd*, Rex venit; مینویسم *mīnewīsem*, scribo, pro من نویسنده ام *men nēwisende em*, ego scribens sum. 3:o *Localis* l. *temporalis*, in qua praedicati locum tenet *praepositio* cum nomine *loci* l. *temporis*, ideoque جملهٔ ظرفیّه *dzhumlei s'zerfije* (vide supra pag. 166, lin 20) adpellatur; ex. c. زید بخانهٔ خود است *Zeid bekhānei khūd est*, Zeidus *in domo sua* est. Huc referuntur enuntiationes, ubi praedicatum conditionem vel statum subjecti in universum denotat, quamvis loci l. temporis si-

---

rūzi dādī hest, dies justitiae (reverā) existit. در غنچهٔ هنوز وصدت عندلیب هست *der guntshei henūz ve Sadet ghendelib hest*, in gemmā floris adhuc absconderis, et jam centum existunt tibi lusciniae (i. e. centum habes amatores). In eo tantum casu, quo enuntiatio incipit a copulâ, quod rarissime fit, pro است usurpatur هست, ex. c. هست زید نویسنده *hest Zeid newīsende*, Est Zeidus scribens. Etenim vocabulum است numquam in initio ponitur.

gnificationem proprie non habeat, ex. c. در فکر فرو رفتم *der fikr ferū reftem*, in cogitatione demersus fui. (Huic igitur enuntiationum generi respondent omnes propositiones, in quibus praedicatum *fennice* exprimitur casu *locativo*, vel *interiori*, vel *exteriori*, vel etiam *formali*). *)

---

*) Varii praeterea a Lumsdenio (l. c. Tom. II. pag. 59—64) adferuntur variorum enuntiationis generum termini technici, quos heic memorare abs re non erit; exemplis autem omnia declarare prolixum foret, quin et minus necessarium, quippe quum ipsa terminorum adpellatione vis et significatio propositionum l. enuntiationum satis eluceat: جملهٔ شرطیّه *dzhumlei sherrije*, propositio conditionalis sive hypothetica; جملهٔ مبیّنه *dzhumlei mubejine*, propositio explicativa; جملهٔ معترضه *dzhumlei mu'tarisze*, propositio intermedia, quasi in parenthesi allata; جملهٔ معلله *dzhumlei mu'allele*, propositio caussalis; جملهٔ مستأنفه *dzhumlei mustaanefe*, propositio vel dictum anticipientis et semet excusantis; جملهٔ نتیجیّه *dzhumlei netidzhije*, propositio conclusiva; جملهٔ مقطوعه *dzhumlei meqrūe*, propositio abscissa l. separata, quales sunt inscriptiones librorum, sectionum et capitum, idque peculiare habent, quod in illis *infinitivi* verborum

§. 61. **Secundariae enuntiationis partes** (متعلقات, vide §. 58.), quibus partes essentiales vario modo augeri et dilatari possunt, *aut* eandem notionem, quae in parte essentiali inest, explicant, ideoque cum eādem hac parte concordant, *aut* regimini partium essentialium subjiciuntur. Oritur sic duplex vocabulorum structura: syntaxis convenientiae et syntaxis regiminis. De utrâque in sequentibus ea proponere conati sumus,

---

saepius verbi finiti, in tempore praesente interpretandi, vices agant, ex, c,

عاشق شدن برزو بر دلارای دختر شاه

ăshiq shyden barzu ber dilărăi dukhteri shah, Barzu amore Dilarae, filiae regis, capitur (ad verbum: capi). جملۀ حالیّه *dzhumlei ʿhalije*, propositio quae statum et sensus subjecti (interdum et objecti) describit; جملۀ معطوفه *dzhumlei meʿrīfe*, propositio copulativa, i. e. copulā و *we*, et, enuntiationi antecedenti connexa. جملۀ ابتدائیّه *dzhumlei ibtidănije*, propositio inchoativa, illativa. Quibus addendae sunt: جملۀ حدیثیّه *dzhumlei ʿheditsije*, propositio indicativa l. narrativa et جملۀ استفهامیّه *dzhumlei istifhămije*, propositio interrogativa جملۀ انشائیّه *dzhumlei inshăije*, propositio optativa.

quae nobis visa sunt gravissima; heic vero observatum volumus, syntaxin linguae Persicae, utpote quae indolem prodat a naturâ linguarum Gothicae stirpis parum dissimilem *), cum syntaxi linguae Anglicae, Germanicae, Suecanae cet. in plurimis concinere, ideoque harum linguarum gnaris haud multum difficultatis praebere; quam quidem ob rem, ad ea praecipue adtendimus, quae a genio linguarum Gothicarum discrepant.

De Syntaxi Convenientiae.

§. 62. Subjectum, quippe quod ab omni alio vocabulo independens sit **), ipso *nominativo* casu exprimitur, quod idem de *praedicato*, ob ejusdem cum subjecto intimum nexum, valet.

Not. *Subjectum absolutum* (مبتدا, vide §. 58, not.) interdum in accusativo casu ponitur. Ex. c. پادشاهی‌را شنیدم که بکشتن اسیری اشارت کرد *padshāhīra shenīdem ki bekyshteni asīri*

*) Videsis dissertationem nostram: *Pendnāmeh, sive Liber Consiliorum Scheich Sa'di.* Part. I. pag. 3, 8 sqq.

**) In contrariam quidem sententiam abeunt Grammatici orientales, quorum ex mente verbum finitum regit non tantummomo objectum in casu quarto, sed ipsum quoque subjectum in nominativo; quod, quamvis ab omni parte improbari non possit (vide Silv. de Sacy, Grammaire Arabe Tom. II. 1025.) vix tamen a nobis est adoptandum.

ishāret kerd, Quod ad regem quendam adtinet, audivi illum dedisse mandatum de occidendo captivo. Ubi كه est pro كه او *ki ū* (Semelet, *Gulistān*, pag. 113).

§. 63. Praedicatum, si nomine adjectivo exprimitur, omnino manet *immotum* (aliās enim *substantivi* naturam indueret, §§. 33, 35, 37), etiam si ad *plura* referatur subjecta, ex. c.

شب تاریک وبیم موج وگردابی چنین هایل

shebī tārīk u bīmi mewdzh u girdābī tshunin hāīl (non *hailhā* vel *hailān*), nox atra et metus undarum et gyrus aquarum ita terribiles (sunt) etc. — Ubi vero praedicatum aut nomine substantivo aut verbo finito continetur, ad normam syntaxis universalis in numero ponitur eodem ac ipsum subjectum, in plurali, si plura adsunt subjecta. Verbum copulans (رابط) eandem legem sequitur ac cetera verba. Sed sunt

Observanda:

1:o Pluralis numerus pro singulari, per enallagen, saepius obvenit. Ad excellentiam scilicet personae, dignitatem et majestatem exprimendam, nominativo singulari additur verbum plurale (quod idem in linguā turcicā et russicā saepissime obtinet), ex. c. اگر پادشاه قبول فرمایند *Eger Padshah qebūl fermājend* (pro fermājed), Si rex voluerit. سلطان دیرین جنگی

بعز شهادت فايز گشتند و بحايات جاودانى واصل شدند *Sultān der in dzhenk beizzi shehādet fāiz geshtend webe'hajāti dzhāwĭdāni wāsil shydend*, **Sultanus (Imperator) in hac pugnā, gloriā martyrii potitus, in vitam aeternam transiit.** Enallage, quâ singularis numerus est pro plurali, rarius occurrit, idque in poësi tantum, ex. c.

الا اى همنشين دل كه يارانت برفت از ياد
ălā ej hemnishini dil ki jārānet bĭreft ezjād, **O amice cordis mei, tu, cujus amici e memoriâ tuâ exciderunt (ad verbum: excĭdit).**

2:o Plura ejusdem verbi subjecta copulâ و conjuncta et res *animatas*, praesertim *ratione praeditas*, insignientia, cum verbo construuntur plurali, ex. c. زيد وعمر رفتند *Zeid we 'amr reftend*, **Zeid et 'Amru abierunt.** اشترى ودرازگوشى همراه ميرفتند *yshtyrī wedirāz gūshī hemrāh mī reftend*, **camelus et asinus unā iter faciebant.** Si subjecta sunt diversarum personarum, prima persona praevalet secundae, secunda tertiae; ex. c.

بايد كه تو واهل مملكت تو برويد
bājed ki tu we ehli memleketi tu bĭrewīd. **Oportet, ut tu et populus regni tui abeatis.** — At plura ejusdem verbi subjecta, res *inanimatas* et *notiones abstractas* designantia,

verbum plerumque habent singulare ex. c.

سیم وزر در سفر محل خطر است

Sim u zer der sefer me'helli kherer est. Argentum et aurum in itinere periculosa sunt.

بخت ودولت بکاردانی نیست

bekht u dewle't bekārdānī nīst, fortuna et potentia pro virtute non distribuuntur.

Nec tamen desunt exempla, quae hanc legem infringere videantur, ita Sa'di in praefatione *Gulistani:*

ابر وباد ومه وخورشید درکار اند

Eber u bād u meh u khurshid der kar end nubes et ventus et luna et sol operam navant etc. sed illico patet, heic rebus inanimatis vim et afficaciam animatarum, per prosopopoiam, tribui.

3:o Collectiva et pluralia *inanimata* verbo gaudent singulari, ex. c. فواید سفر بسیار است *fewāidi sefer bisjār est*, emolumenta itineris multa sunt.

کارها بصبر بر آید ومستعجل بسر در آید

kārhā be seber ber ājed u muste'edzhil be ser der ājed, negotia succedunt patienti, at nimis festinanter agens praeceps ruit. Collectiva vero *animata* et praesertim *ratione praedita* cum verbo *plurali* construun-

tur, ut حکما گفته اند *'hukemă gâfte end*, viri sapientes dixerunt; اهل دولت چنین گویند *ehli dewlet tshunīn gujend*, magnates ita dicunt.

Apud poëtas verbum *singulare* interdum sequitur, sic in *Anvari Soheili:*

باحلم و تواضع اگر همنشین شوی
اغیار تو شوند بوفا یار غار تو

Ba 'hilm u tewasza' eger he'mnishin shewi aghiari tu shewed bewefa jar gāri tu, Si mitis modestique es animi, aemuli tui erunt (erit) tibi certi et fideles amici.

4:o Post *numeralia cardinalia* سه, دو, etc. res numerata in *singulari* numero ponitur; verbum nunc singulare est, nunc plurale, ut e sequentibus, e Gulistano sumtis, elucet exemplis:

اگر بهر سر مویت هنر دو صد باشد
هنر بکار نیاید چو بخت بد باشد

Eger beher ser mujet hyner du sad bāshed hyner bekār nijājed tshu bekhti bed bāshed, Quamvis in unoquoque capillo ducentae tibi essent virtutes, virtus nil proderit, si fortuna est adversa.

شش هزار اسپ کشته شد
shesh hezār esp kyshte shyd.
sex millia equorum occisa sunt.

Et contra:

دو کس دشمن ملك ودين اند
پادشاه بی حلم وزاهد بی علم

***du kes dyshmeni mulk u dīn end: padshah bi ʿhilm u zāhid bi ʿilm*, Duo sunt inimici regno et religioni; rex sine clementiā et monachus sine scientiā. (In quo exemplo observandum est, praedicatum دشمن mansisse immotum, quamvis verbum copulans in plurali est positum.)**

دو کس رنج بیهوده بردند وسعی
بی فایده کردند

***du kes rendzh bihūde burdend u sʿai bi fāide kerdend*, duo sunt, qui incassum molestiam trahunt et sine utilitate laborant. Ex jam allatis patet, res *inanimatas*, aeque ac *animatas ratione non praeditas*, post numeralia cardinalia cum verbo singularis numeri construi, subjecta autem *ratione gaudentia* verbum habere in plurali numero. Quod, quamvis saepissime, non tamen semper valet, ex. c.**

ده آدمی بر سفرهٔ بخورند ودو سگ
بر جيفهٔ بسر نبرند

***deh ādemī ber sufrei bŭkhūrend, we du seg ber dzhifei be ser neberend*, duo homines ad unam mensam edunt, at duo canes de uno cadavere non sunt concordes;**

ubi verbum plurale برند refertur ad دو سگ. — E contrario dici potest: از او سه پسر ماند *ez ū se pyser mānd* (pro *māndend*), post eum manserunt tres filii; et ex auctoritate SA'DI: *īn du tshizem ber gynah engīkhtend* این دو چیزم بر گنا انگیختند hae duae res me ad peccandum commoverunt.

5:o هر *her*, unusquisque et همه *hemē*, omnis, omnes, ad instar numerorum cardinalium *nomen* post se habent in singulari numero, sed هر habet *verbum singulare*, همه autem *plurale*, ex. c.

هر که سنگت زند شکر بخشش

her ki senget zened, sheker bekhshesh, quicunque in te lapides jacit, illum tu sacharo dona. همه کس آمدند *hemē kes āmedend*, omnes viri venerunt. — Poëtae hanc legem, ut multas alias, pro lubitu, nunc curant, nunc negligunt; SA'DI:

وقتی افتاد فتنهٔ درشام

هر کس از گوشهٔ فرا رفتند

weqtī uftādi fitnei der shām her kes ez gōshei ferā reftend, tempore rebellionis in Syria quisque e domo suā exsilierunt.

6:o Adjectiva pluralia, quae neutro plurali Latinorum respondent, verbo gaudent singulari; HAFIZ:

عشق آسان نمود اول ولی افتاد مشکلها
Ishq āsān nymūd ewwel, welī uftādi myshkilhā,
Amor in deliciis videtur primum at dein sequuntur difficilia.

7:o Quaedam *Arabica pluralia fracta*, sive *collectiva*, a Persis ut *singularia* considerantur ideoque cum verbo singularis numeri construuntur, talia sunt: اثنا *etsnā*, interstitium (proprie plur. τῦ ثِنْيٌ duplicatum); اعراب *a'rāb*, arabs campestris (quae vox in arabico est pluralis numeri); اعراف *a'rāf*, purgatorium (sing. عُرْفٌ); ایام *eijām*, in significatione fortunae (proprie plur. τῦ يَوْمٌ dies) حور *'hūr*, virgo paradisiaca (plur. τῦ أَحْوَرُ et حَوْرَاءُ) دیار *diār*, domus, regio (plur. vocabuli دَارٌ domus), صم وبکم *Sum u bukm*, surdus et mutus, döfſtum, (collectiva τῶν أَصَمُّ et أَبْكَمُ) مشام *meshām*, odoratus, (proprie: مشام odoramenta).

8:o In enuntiationibus compositis verbum copulans non repetitur, sed priori tantum loco expresse ponitur, in aliis subintelligitur, ex. c.

آزاردن دل دستان جهل است وکفارت یمین سهل
āzardēni dili dustān dzhehl est ukefāreti je-

mīn sehl, offendere animum amicorum insipientis est, at piaculum jurisjurandi facile.

9:o Subjectum indefinitum suethicum man, etiam in persico idiomate nomine كس *kes*, vir, persona, nonnumquam exprimitur, ut كس ميآيد venit quidam, veniunt, man kommer, vel etiam vocabulo يكى *jek*, unus, aliquis; sed multo frequentius tertia persona pluralis, sine subjecto expresso, ut in aliis non paucis linguis, adhibetur, ex. c.

پدر را ازين حالت آگاهى دادند

pyder ra ez in hālet āgāhi dādend, patrem ejus rei certiorem fecerunt, man underrättade fadren derom. Secunda quoque persona singularis per suethicum man interdum bene reddi potest, ut:

چوب تر را چنان كه خواهى بپيچ

نشود خوشك جز باتش راست

tshūbī ter rā tshunān ki khāhi pītsh, neshewed khosh dzhyz beātish rāst, lignum recens quantum lubet torque, aridum non fiet rectum nisi in igne, man kan böja så mycket man behagar, etc.

10:o Ordo partium enuntiationis essentialium normalis is est, ut primum locum teneat subjectum,

in medio collocetur praedicatum, et ultimo copula; qui tamen ordo, praesertim in poësi, omnifariam variari solet; quod vel ex sequenti adparet exemplo:

از كيمياى مهرتو زر گشت روى من

Ez kimiāi mihritu zer gesht rūi men, Propter chemicam (magicam) vim amoris tui, aurum evasit facies mea.

§. 64. Nomen adjectivum *descriptivum* sive *epitheton* (صفت *sifet* l. نعت *ne'et*) nomini substantivo (موصوف *mewsūf*) additum, eidem *postponitur* mediante *kesre attributivo* (كسرهٔ توصيفى vide §. 37.) nullamque generis, numeri et casûs mutationem patitur, ex. c. مرد دلاور *merdi dilāwer*, vir fortis, مردان دلاور *merdāni dilāwer*, viri fortes; كنيزك دلاويز *kenizeki dilāvīz*, puella formosa (cor rapiens), كنيزكان دلاويز *kenīzegāni dilawīz*, puellae formosae. Ubicumque vero nomen substantivum non est expresse positum, sed subauditum, ibi flectitur adjectivum, ex. c. دلاوران *dilāverān* fortes (scil. viri), خوبرويان *khōbrujān*, pulchrae (scil. puellae); ast مردان دلاوران *merdāni dilaverān*, كنيزكان خوبرويان *kenizegānī khōbrujān*, genio linguae persicae omnino esset contrarium. Adjectiva *arabica*, quae saepissime a Neopersis

adhibentur, quamvis in sermone arabico per genera numeros et casus moveantur, in persico tamen immota plerumque manent, ut مرد صادق القول *merdi Sadiqulqavl*, vir veridicus, زن صادق القول *zeni Sadiqulqawl* mulier veridica, مردان صادق *merdāni Sādiq*, viri veraces, etc. Haec constructio quamvis indoli linguae persicae sit maxime congrua, in nonnullis tamen phrasibus ad naturam linguae arabicae vergit; sic insolita non sunt genus femininum et numerus pluralis adjectivorum arabicorum in his et similibus effatis: زن جميله *zeni dzhemīle*, femina pulchra, خانهاى معموره *khānehāi meʿmūre*, domus habitatae; رقيمهٔ كريمه *reqīmei kerīme*, epistola honorifica; حكمت كامله *ʿhikmeti kāmile*, sapientia perfecta (in quibus omnibus adjectivum in masculino etiam genere collocare licet (زن جميل etc.); كلمات طيّبات *kelimāti rejibāt*, bona verba; درر غرر *dureri ghurer*, gemmae pretiosae, خواطر عواطر *khewātiri ʿewātir*, cogitationes jucundae, *) e. s. p.

*) De his exemplis, quae ex opere grammatico Lumsdenii Tom. II. 272, depromsimus, affert idem: „These examples are by no means numerous; and they have been adopted, apparently, for the sake of the gingle in which the Persian are known to

Excipe 1:o Pronomina adjectiva demonstrativa اين *în*, hic, et آن *ân*, ille, atque indefinita

delight." — Persas vero admodum delectari vocabulorum tinnitu et sonis aures suaviter titillantibus, vel exinde patet, quod non solum magnā copiā gaudeant vocum onomatopoëticarum similiter cadentium, quae termino technico اصوات (*eSwât* i. e. soni) insigniuntur, ut: ترنگترنگ *terengatereng*, tinnitus chordae, غلغل *ghulghul*, sonus aquae vel vini, cum ex angusto orificio effunditur, كمكم *kumkum*, cantharus, كجمج *kedzhmedzh*, pandus et repandus; ambages; كشمكش *keshmekesh*, pugna, tumultus, (plura adfert v. Hammer in *Wien. Jahrb.*, Vol. 35, pag. 167, anni 1826) verum nominibus quoque multis addant terminationes per se nihil significantes, sed sonum antecedentem repetentes et instar echo adsonantes. Quae terminationes paragogicae designantur voce technicâ اتباع *etbaʿ*, i. e. asseclae. Exempla: سيب تيب *sib tib*, confusus, perturbatus; ترت ومرت *tert u mert*, confusus, dispersus, تار ومار *tar u mar*, idem; كت ومت *kut u mut*, ad amussim, recte, etc.

Hinc quoque derivanda esse videtur caussa, cur prosa oratio homoeotelentis abundans Persis maxime sit in deliciis, ab auctoribusque optimis usitata. — In poësi porro, versus non tantummodo cadunt si-

هیچ *hitsh*, ullus, هر *her*, quicunque, همه *hemē*, omnes, چند *tshend*, nonnulli, دیگر *dīger*, alius, quae nomini substantivo praeponuntur (duae postremo loco allatae voces suis etiam postponuntur substantivis); exempla sunt ubivis obvia.

---

militer, verum saepe in ipso contextu plura vocabula eundem habent exitum, eoque ducuntur perfectiores et suaviores, quo frequentius voces inter se consonent. — Bina exempla heic adferre liceat:

کی باشد وکی باشد وکی باشد وکی
من باشم و وی باشد ومی باشد ونی
که من لب وی بوسم وکه وی لب نی
من مست ز نی باشم و وی مست ز می

Kej bāshed ū kej bāshed ū kej bāshed ū kej
Men bāshem u wej bāshed u mej bāshed u nej
Gehh men lebi wej būsem u gehh wej lebi nej
Men mesti zi nej bāshem u wej mesti zi mej.

(*Heft qulzum*, secundum Rückert, Wien. Jahrb. Tom. 40. pag. 189.)

این چه منزل چه بهشت این چه مقام است اینجا
عیش باقی لب ساقی می وجام است اینجا

In tshi menzil? tshi bihisht īn? tshi meqām est īn dzhā!
'Eishi bāqi, lebi sāqi, mej u dzham est īn dzha.

(Lumsden l. c. Tom. II. 114.).

Exc. 2. In poësi ordo vulgaris nonnumquam ita invertitur, ut attributum priori, substantivum vero descriptum, موصوف, posteriori loco ponatur, quo facto *kesre attributivum excidit*. Sic Dzhami de *Suleichā*:

فروزان گوهر از درج شاهی

fērūzān gēwhēr ēz dūrdzhī shāhī,

splendens margarita ex arculā regiā.

pro گوهر فروزان *gewheri ferūzān*.

In prosā oratione talis inversio eo magis est evitanda, quo facilius pro adjectivis compositis haberi possint vocabula ita conjuncta (vide §. 48. B. pag. 148); multum, ex. gr. interest inter روی خوب *rūi khōb*, facies pulchra, et خوب روی *khōb rūi*, pulchrā facie praeditus l. praedita. Quod si aliquando ordo normalis invertatur, kesre attributivum excidat, necesse est; Sic pro مرد نیک *merdī nīk*, tolerari potest نیک مرد *nīk merd*, (numquam نیکِ مرد *nīki merd*), quod quidem pro uno vocabulo per *constructionem inversam* (§. 48, A.) composito, haberi potest. Si Substantivo ita formato superaddatur aliud attributum, fiet id mediante کسرۀ توصیفی, ex. c. نیک مرد خوش خلق *nīk merdi khōsh khulq*, Bonus vir praeclarae indolis.

§. 65. Ad unum Substantivum si plura referuntur attributa sive epitheta, conjunctione co-

pulativā inter se *non* conjuncta, locum conjunctionis saepe occupat *kesre attributivum*, ex. gr. يلم كل عذارِ شيرين سخنِ سمن بدنِ زيبا روی سیه موی *jāri gul 'idzari shīrīn sukheni semen bedeni zībā ruji sijeh muj*, amicus (l. amica) roseis genis, dulci sermone, jasmineo corpore, pulchrā facie, nigris capillis praeditus. — Interdum ista epithetorum relatio insignitur literā *je* (یای مجهول) cuique epitheto adpensā; interdum et *kesre* et *je* omittuntur; copula و si adest, ut *u* pronuntianda; ex. c. يار غم كسارى وفادارى *jāri ghemkysāri wefādāri*, vel يار غم كسار وفادار *jāri ghem kysār wefādār*, vel demum يار غم كسارو وفادار *jāri ghem kysarū wefādār*, amicus tristitiam dispellens et constans.

§. 66. Pronomina *Relativa* (اسماء موصول) كه *ki* et چه *tshi*, a genere et numero nominis relati (موصوف موصول *mewSūfi mewSūl*), sive antecedentis, nullam patiuntur mutationem; si vero, ad normam syntaxis universalis, in casu obliquo collocanda sunt, fit id pronomine personali (§. 49. C.) aut demonstrativo (§. 49. B.). Ex. c. من كه درپيش من چه خاك وچه سيم *men ki der pishi men tshi khāk u tshi sīm*,

ego, *cujus* ex arbitrio pulvis et argentum idem valent; تو که پدرِ من ترا باز خرید *tu ki pyderi men tura bāz kherid*, tu, *quem* pater meus redemit; پسرِ ابو نصر که اورا شاه شار میگفتند *pyseri abu nasr ki ūra shah shar migoftend*, filius Abu Nasri, *quem* Shah Shar adpellabant,

نهان کی ماند رازی کز آن سازند محفلها *nihān kej māned rāzi kez ōn* (*pro ki ez ōn*) *sāzend me'hfilhā*, occultum quomodo manebit arcanum, de *quo* omnes colloquuntur*),

هر چه درویشانند ایشانرا وامی بده *hertshi* **) *derwishan end ishānrā wāmi bedehh*, *Unicuique* pauperi pecunias mutuum da.

Not. 1. Nonnumquam ipsi nominativo pronominis relativi که additur pronomen personale, ex. gr. هر که او از همزبانی شد جدا *her ki u ez hemzebāni shyd dzhydā*, Omnis homo, *qui* ab amico est separatus; باشد از وی دور هر کو عاقلست

*) Ex hoc exemplo patet, distinctionem, quā که ad res animatas, چه ad inanimatas referri statuimus (§. 49. C, not. 1.), non ubique observari. Ad omnes enim res referri potest که, nisi *immediate* antecedat pron. indefinitum هر, quo in casu solummodo de animatis usurpatur.

**) هرچه pro هرکه vide §. 49. C. not. 2 in fine.

bāshed ezwej dūr her ku (pro *her ki ū*) *āqilest*, sit ab illo remotus quicunque sapit.

Not. 2. E contrario pronomen personale etiam tüm omitti potest, quum relativum in casu obliquo occurrit, ex. c.

هر کرا خوابگاه آخر بدو مشتی خاکست گو

her ki ra (pro: *her ki ura*) *khābgāh ākher be du müshti khākest*, *gu* etc., Cuicunque postremum pro cubili duo pugni pulveris erunt, dic etc.

کرا سیم وزر باشد و گنج و مال

kira (pro: *ki ūra*, vel *her kes ki ū ra*) *sim u zer bāshed ŭ gendzh ŭ māl*, Cui argentum est et aurum et thesauri et opes.

Not. 3. Nec desunt exempla, in quibus et pronomen personale et particula را, casûs obliqui nota, abest; quod, ubi salvâ enuntiationis perspicuitate fieri potest, brevitati orationis favet, nihilque adfert incommodi; ex. c.

هر که طامع بینی طالب خیر نیست

her ki rāmiʿ bīnī, rālibi kheir nīst pro: *her ki ūra rāmiʿ bīnī* etc., quem avidum opum vides, ille non est bonum quaerens. At si verbum esset in tertiā personā: بیند *bined*, necessario post که addendum: اورا; aliās enim relativum که pro subjecto enuntiationis haberetur.

Not. 4. Post هر quisque, et هر كجا *herkudshā*, quocunque, ipsum كه relativum saepe excidit, ex. c.

هر كس بكعبهٔ طلبت رو نمود نخست
از كلّ كائنات كند قطع التفات

her kes bekeebei telebet rū nymud nykhyst ez kylli kāināt kyned kaṭ'ī iltifāt, quicunque ad te quaerendum faciem vertit, primum a reverentià omnium aliorum abstineat. هر كجا سلطان آمده *her kudzha sulṭān āmede*, quocunque rex venerit, pro: هر كجا كه.

§. 67. Adpositionum (توابع *tewābi'i*, proprie: assecllarum) ratio duplex est, aut enim duo substantiva *ejusdem rei* in genere, numero et casu inter se concordant absque ullo interposito connexionis signo, aut per statum constructum (§. 35. 2.) conjunguntur. De utràque ratione hoc loco breviter disserendum esse censuimus, quamvis constructio posterior ad syntaxin regiminis, quam concordantiae, magis pertineat.

1. *Nominibus propriis hominum* *) nomina adpellativa, haud secus ac in linguà romanà,

*) Nomina propria linguae persicae duplicis sunt generis. 1:o Nomina propria *origine persica* et 2:o Nomina ex *arabismo* mutuum sumta. Prioris gene-

immediate anteponuntur, ex. c. قیصر اسکندر *qeiser eskender*, rex Alexander; امیر اسماعیل *emīr ismāīl;* سلطان جنید *sulrān dzhoneid;* شاه ابو الغازی *shah abulghāzi;* میرزا جعفر

---

ris sunt *a) simplicia*, ex. c. زال *zāl*, رستم *Rustem*, بارزو *Bārzū*, خسرو *Khostew;* دارا *Dārā*, etc. *b) composita:* ut جمشید *Dzhemshīd* (i. e. vi derivationis: rex splendidus); خدابنده *Khodābende* (servus Dei, Arabum *'abdallah);* نوشین روان *Noushin rewān* (dulcis anima), منوچهر *Minutshehr* (coelestis facies) e. s. p. — Nomina propria Arabica tres species complectuntur. 1:o Nomen proprium stricte sic dictum sive praenomen, علم *'elem* (ab عَلِمَ novit, ut *nomen* a *noscendo),* inde a pueris acceptum, ex. c. یحیی *ja'hiā*, Johannes; یعقوب *ja'qōb*, Jacobus. 2:o کنیة *kunia*, nomen a filio (vel filia) natu maximo deductum, ut ابو القاسم *Abulqāsem* (pater Qasemi); 3:o لقب *laqab*, agnomen, a virtutibus et facinoribus praeclaris, interdum et vitiis, derivatum, ut ناصر الدین *nāsir-eddin*, (defensor religionis); تاج الاسلام *tadzhulislâm* (corona islamismi); المتوکل بالله *almotawakkil billāh*, (confidens in Deum). His addenda esse videntur nomina *patronymica*, ut ابن عباس *ibn 'abbās*, filius, τῶ 'Abbas etc. nisi eadem ad speciem secundam, کنیة, referre mavis.

Mirza *) *Dzhaʿfar;* شیخ سعدی *Sheich Saʿdi;* e. s. p. **).

---

*) Vocabulum میرزا *Mirza* (per contractionem ortum ex امیرزاده *Emīr zāde*, i. e. filius principis) variam habet vim prout nomen proprium praecedit aut subsequitur; etenim nominibus propriis praepositum significat virum doctum et literatum, ut in exemplo supra allato; iisdem vero postpositum, originariam servans significationem, indicat filium regis vel principis, ut عباس میرزا *Abbās mirza.* (Semelet, l. c. pag. 55).

**) Grammatici Orientales adpositionibus adnumerant quoque nomina adjectiva صفت vel نعت (vide supra §. 64.), quod, quum nimis longe recedat a vulgari apud nos *adpositionum* vi et significatione, heic in transcursu tantum notamus. Ceterae species adpositionum sunt: 1. تاکید *taʾkīd*, i. e. corroboratio, quâ aut nomen ipsum repetitur, ex. c. زید آمد زید *zeid āmed zeid*, zeid venit, (ipse) zeid; aut superadduntur voces vim enuntiationis corroborantes, quales sunt خود ipse, همه omnes; هریک unus quisque, etc. 2. بدل *bedel*, permutatio, quae adpositioni, sensu vulgari sumtae, fere respondet, ex. c. زید برادر تو آمد *zeid byraderi tu āmed*, zeid, frater tuus, venit. (Singularis tamen usûs est بدل الغلت *bedel-ulghelet*, i. e. permutatio erroris, quâ pro nomine falso, jam enuntiato, substituitur verum, ex. c. زید آمد عمر *zeid āmed ʿamr*, vel زید آمد بل عمر *zeid āmed bel ʿamr*, zeid venit, ʿamr (h. e. non

Obs. Si duo concurrunt nomina propria, quorum utrumque est aut origine persicum, aut عَلَم (vide notam proxime praecedentem), neutrum vero كنية aut لقب sive honorificum et qualitativum, tum prius est in statu constructo (§. 35, 2) subjectique locum plerumque tenet, posterius autem, ob ellipsin vocabuli بن *ben*, filius, in genitivo interpretandum. Sic ex. gr. رستم زال pronunties, oportet, *rustemi zal*, Rustemus (filius) τῦ Zal; item محمود سبکتکین *mahmudi sebuktegin*, Mahmūd (filius) Sebuktegini. سحبان وائل *sahbani wāil*, Sahban filius (progenies) Waili.

2. Nomina propria *locorum*, *urbium* et *fluviorum* adpellativis suis postponuntur per constructionem *genitivi*, mediante *kesre relativo* (§. 35, 2) ex. c. شهر واسط *shehri wasith*, urbs Wasith; شهر طوس *shehri tus*, urbs Tus; ملک ایران *mülki irān*, regnum Persiae; نهر فرات *nehri frat*, fluvius Euphrates. (Eandem igitur in his sequitur legem lingua persica, ac vernacula nostra fennica, ex. c. in Turun kaupunki, Raision pitäjä, cet.).

---

zeid sed ʿamr). 3. عطف البیان *ʿatfulbejān*, conjunctio sive adpositio explicativa, parum differt a بدل, ex عبد الله ابن عباس *abdallah ibnʿabbas*.

De Syntaxi Regiminis.

§. 68. Regimini partium essentialium cujuslibet enuntiationis subjiciuntur variae voces, complementorum instar iisdem additae enuntiationisque ambitum dilatantes atque praecipuas et fundamentales ejusdem notiones multifariam definientes, restringentes. Vocabulum **regens** insignitur termino technico, eodemque arabico: عامل *ʿamil*, i. e. **agens**; regimini alterius obnoxium adpellatur معمول *meʿmūl*, i. e. **actum**.

§. 69. Internam et immediatam rationem duorum substantivorum *diversas* res significantium, at in unicam coalescentium notionem, plurimae linguae exprimunt casu *genitivo;* quo cum careat Persarum lingua, eandem ingreditur viam ac linguae Semiticae, *constructione* relationem hanc exprimentes; vide supra §. 35, 2. Talis constructio nominis cum nomine, secundum terminologiam grammaticorum arabicorum vocatur اضافت *iszāfet*, i. e. **inclinatio, relatio, conjunctio.** Nomen antecedens (nominativus, vel nomen in statu constructo positum) adpellatur مضاف *muszāf*, **relatum**, et nomen posterius (genitivus), quo antecedens definitur et restringitur, مضاف اليه *muszāf ilaihi*, **ad quod aliquid relatum est;** ita ex. c. in تاج سلطان *tādzhi Sulrān*, **corona regis**, تخت عاج *tekhti ʿadzh*, **solium eboris**

i. e. eburneum, زيد بندهٔ bendei zeid, servus zeidi, unumquodque vocabulorum تختِ, تاجِ, بندهٔ est مضاف relatum, et عاج, سلطان زيد est مضاف اليه, Supra, §. 35, 2; not. α) β) γ) ostendimus, hancce relationem exprimi aut vocali *kesre*, quod *relativum* اضافى, *iszāfī*, audit, aut consonâ ى, aut demum *hemzē* leni litteris ا, ى et ه superimposito, quâ igitur de re heic ulterius disserere non est opus *). — De constructione inversā, اضافت مقلوب, vide §. 48. A.

§. 70. Quum diversissimae et fere infinitae sint relationes, quae statu constructo et casu ge-

*) Res est notatu digna, in linguâ antiquissimâ Hebraeorum nonnulla occurrere exempla, sparsa quidem illa et rariora, quae cum اضافت Persarum maximam habent similitudinem; quod in nominibus propriis praecipue cernitur, ut: מַלְכִּי־צֶדֶק (rex justitiae), מַלְכִּי־רָם (rex celsitudinis); עַמִּיאֵל (populus Dei), עַמִּי־זָבָד (populus l. servus largitoris), גַּבְרִיאֵל (vir Dei) etc. Genes. xxxix, 31: גְּנֻבְתִי יוֹם וּגְנֻבְתִי לָיְלָה (furtum diei et furtum noctis), ubi rem vulgo ita expediunt, ut το י in hoc et similibus exemplis *paragogicum* esse doceant. Vide *Rosenmülleri Scholia in V. T. in compend. redacta* Tom. I. pag. 173, quo loco plura citantur exempla (sed pro Jes. 1, 24. legendum est Jes. I, 21). Optime hanc rem exposuit Ewald in *Grammatik der Hebräischen Sprache des Alten Testaments*, Leipz. 1838. pag. 254, §. 406.

nitivo designari possunt, genitivo scilicet subjecti, objecti, quantitatis, qualitatis, attributi, caussae efficientis, effectûs, finis, formae, materiei, loci, temporis, similitudinis cet., difficile est negotium easdem in certas classes dispescere. Grammatici Arabes, et, qui eos plerumque imitantur, Persae, quatuor praecipue agnoscunt constructionis sive relationis (اضافت) genera;

1:o للاختصاص *lilikhtisās* (quo quid cui ut proprium et peculiare tribuitur) sive اضافت لامی *iszāfeti lāmī* (constructio literae *lam*, i. e. praepositionis Arabicae لِ, cui respondet persicum را, casûs dativi nota,) ubi scilicet his particulis exponi possint relationes per constructionem duorum nominum indicatae, ex. c. اسپ زید *espi zeid*, equus Zeidi; (i. e. اسپ زیدرا *esp zeid rā*, equus qui Zeido est). کتاب پدر *kitābi pyder*, liber patris; خداوند تدبیر وفرهنگ وهوش *khudāwendi tedbīr u ferheng u hush*, possessor consilii, prudentiae et judicii.

2:o للجنس *lildzhins* (ad significandam relationem *generis* ad speciem,) sive اضافت بمعنی من *iszāfet bemeʿniji min*, constructio in sensu من, i. e. ubi praepositio arabica من ex, vel persica از *ez*, subintelligitur; ex. c. خاتم زر *khātemi zer*, annulus auri i. e. ex auro fa-

ctus; تخت عاج *tekhti ʿādzh*, solium eboris, i. e. تخت از عاج solium ex ebore (factum).

3:o اضافت بمعنى فى *iszāfet bemeʿniji fi*, constructio praepositioni arabicae فى, persicae در in, respondens, ex. c. نماز مسجد *nemāzi mesdzhid*, preces templi, h. e. preces *in* templo fusae.

4:o اضافت تشبيهى *Iszāfeti teshbīhī*, relatio similitudinis, in qua nomen definiens, مضاف اليه, sive genitivus, comparatur cum nomine definito, مضاف, sive antecendente, ex. c.

فراش باد صبا را گفته تا فرش زمردين
بگسترد و دايهٔ ابر بهارى را تا بنات نبات
را در مهد زمين بپرورد

ferrāshi bād Sebā rā gåfte tā fürüshi zümürrüdīn bügüstered wedājei 'ebri behārī ra tā benāti nebātra der mehdi zemīn biperwered, *Stratori zephyri* (i. e. *zephyro qui stratori* lectorum vel cubiculario aequiparari potest) jussit (Deus), ut strata smaragdina expanderet et *nutrici nubis* vernae (i. e. *nubi* veris, quae *nutrici* est similis) ut parvulos plantarum in lectulo terrae aleret.

§. 71. Distinguunt porro Grammatici Orientales *constructionem realem* اضافت معنوى

Not. 4. Post هر quisque, et هرکجا *herkudshā*, quocunque, ipsum که relativum saepe excidit, ex. c.

هر کس بکعبهٔ طلبت رو نمود نخست
از کل کائنات کند قطع التفات

her kes bekeeʿbei relebet rū nymud nykhyst ez kylli kāināt kyned karʿī iltifāt, quicunque ad te quaerendum faciem vertit, primum a reverentiâ omnium aliorum abstineat. هرکجا سلطان آمده *her kudzha sulrān āmede*, quocunque rex venerit, pro: هر کجا که.

§. 67. Adpositionum (توابع *tewabiʿi*, proprie: asseclarum) ratio duplex est, aut enim duo substantiva *ejusdem rei* in genere, numero et casu inter se concordant absque ullo interposito connexionis signo, aut per statum constructum (§. 35. 2.) conjunguntur. De utrâque ratione hoc loco breviter disserendum esse censuimus, quamvis constructio posterior ad syntaxin regiminis, quam concordantiae, magis pertineat.

1. *Nominibus propriis hominum* *) nomina adpellativa, haud secus ac in linguâ romanâ,

---

*) Nomina propria linguae persicae duplicis sunt generis. 1:o Nomina propria *origine persica* et 2:o Nomina ex *arabismo* mutuum sumta. Prioris gene-

immediate anteponuntur, ex. c. قیصر اسکندر *qeiser eskender*, rex Alexander; امیر اسماعیل *emir ismāīl;* سلطان جنید *sulṭān dzhoneid;* میرزا جعفر *shah abulghāzī;* شاه ابولغازی

---

ris sunt *a) simplicia*, ex. c. زال *zāl*, رستم *Rustem*, بارزو *Bārzū*, خسرو *Khostew;* دارا *Dārā*, etc. *b) composita:* ut جمشید *Dzhemshīd* (i. e. vi derivationis: rex splendidus); خدابنده *Khodābende* (servus Dei, Arabum *'abdallah);* نوشین روان *Noushin rewān* (dulcis anima), منوچهر *Minutshehr* (coelestis facies) e. s. p. — Nomina propria Arabica tres species complectuntur. 1:o Nomen proprium stricte sic dictum sive praenomen, علم *'elem* (ab عَلِمَ novit, ut *nomen* a *noscendo)*, inde a pueris acceptum, ex. c. یحیی *ja'hiā*, Johannes; یعقوب *ja'qōb*, Jacobus. 2:o کنیة *kunia*, nomen a filio (vel filia) natu maximo deductum, ut ابوالقاسم *Abulqāsem* (pater Qasemi); 3:o لقب *laqab*, agnomen, a virtutibus et facinoribus praeclaris, interdum et vitiis, derivatum, ut ناصر الدین *nāsir-eddin*, (defensor religionis); تاج الاسلام *tadzhulislām* (corona islamismi); المتوکل بالله *almotawakkil billāh*, (confidens in Deum). His addenda esse videntur nomina *patronymica*, ut ابن عباس *ibn 'abbās*, filius, τῦ 'Abbas etc. nisi eadem ad speciem secundam, کنیة, referre mavis.

vical, سرخیل *serkheil* et *seri kheil*, dux legionis; سرعسکر *ser'esker* et *seri 'esker*, dux exercitûs. E nominibus cum صاحب compositis maximi usûs sunt: صاحب دل *sā'hib dil* (non *sā'hibi dil*) possessor cordis, i. e. homo cordatus; صاحب تاج وتخت *Sā'hib tādzh u tekht*, possessor coronae et throni i. e. rex; صاحب دولت *Sā'hib dewlet*, possessor imperii, rex; صاحب عرفان *sa'hib 'urfān*, praeditus scientiâ; صاحب هنر *sā'hib hyner*, virtute praeditus; صاحب مال *sā'hib māl*, dives; صاحب کمال *sā'hib kemāl*, vir perfectus et excellens. Huc quoque referenda sunt pauca alia, ut: آبروی *āb rui* l. آبرو *āb ru* (aqua faciei) sudor; vulgo: fama, existimatio, gloria (q. d. splendor faciei); آسیاب *āsiāb*, mola aquaria; شببرات *shebberāt*, nox 15:ma mensis sha'abān; شبخون *shebkhūn*, (nox sanguinis) nocturna invasio; سیلاب *silāb*, torrens aquae; نمدزین *nemedzīn*, pannus ephippio subditus. — In poesi, ubicumque metrum id exigit, kesre relativum auditur, ex. c. (*Schahnāmeh* ed. Mohl. I. 8:)

زآغاز باید که دانی درست
سر مایهٔ گوهران از نخست

zāghāzi bājed ki dāni dürüst
seri māieï gewherān ez nükhüst.

„Primum oportet, ut scias bene principium omnium elementorum." — (ʿAttar, *Pendnamèh*, 40.)

دور شو از پنج خصلت ای پسر
تا نریزد آب رویت در نظر

dūrishew ez pentshĭ ʿkheslet ej püser
tā nerized ābi rujet der nes'zer.

„longe absis a quinque vitiis o puer, ne bona tua existimatione priveris."

§. 74. In vocibus quae *he occulto* (های مخفّف) terminantur, ideoque pro kesre relativo adsumunt *hemze lene* (vide Not. *γ* pag. 107), hoc, metro urgente, supprimi potest, sic, ex. c. Saʿdi in *Bostano*:

یکی قطره باران زابری چکید
خجل شد چو پهنای دریا بدید

jĕkī qēṛrĕ bārān zīĕbrī tshĕkīd
khĕdzhēl shyd, tshŭ pēhnā ĭ dērjā bĕdīd.
(pro *jeki qetrei bārān* etc.)

„Gutta pluviae e nube cecidit, pudoraeque capta est, quum vastum videret maris aequor."

§. 75. Pronomina *suffixa* ضَمَائِر مُتَّصِل (§. 49. A. *β* Not. 1, 2, 3, 4.) quibus *genitivus* pronominum personalium exprimitur, hoc habent speciale, ut alii nomini, quam cujus sunt complementum, adnecti possint, unde haud exigua difficultas, praesertim tironibus, exoritur. Quo

in casu diligenter adtendendum est ad sensum totius enuntiationis, ut inde eruatur, cuinam potissimum nomini suffixum illud revera sit tribuendum. Majorem in modum ista difficultas augetur, quum eadem haec suffixa non tantum casûs genitivi vicem gerant, verum saepius et dativi et accusativi (de quo infra), quin et ipsius nominativi (§. 49. A. β. Not. 1.) loco adhibeantur; ubi vix ullum aliud praescribi potest, nisi ut ad sensum commode instituatur explicatio. Quod ex sequentibus exemplis adparebit (Shahnāmeh, ed. Mohl. I. 8:)

خرد رهنمای و خرد دلکشای
خرد دست گیرد بهر دو سرای
ازو شادمانی ازویت غم است
ازویت فزونی ازویت کم است

khired rehnymājū khired dilkyshāj,
khired destĭ gīred beher du serāj;
ĕzū shadīmānī ezūjet ghemest,
ezujet fezūnī, ezūjet kem est.

„Sapientia est viae dux et cor exhilarat, sapientia auxiliatur tibi in hac et futurâ vitâ; e sapientiâ emanant et gaudium tuum et dolor tuus, ex eâ magna tua et parva (facinora)." Ubi suffixum 2. personae ت ad غم, فزونی et کم referri debet, quamvis pronomini او adnexum est.

Sa'di in *Bostano*:

چو در زندگانی بدی با عیال
کرت مرگی خواهند ازاشان منال

tshu der zendegāni bedi baʿejāl
geret mergi khāhend ezīshān menāl,

„si, dum vivis, malus es in propinquos, noli gemere, quod mortem tuam exoptent." کرت مرگی خواهند pro کر مرگی تو خواهند —.

که تا بر فلک ماه وخورشید هست
درین دفترت ذکر جاوید هست

ki ta ber felek mah u khurshidī hest
derin defteret dzikri dzhāwidī hest.

(vide Lumsden, l. c. I. 68).
„Dum in coelo luna et sol manebunt, in hoc libro memoria tui semper manebit." Pronomen ت *et*, quamvis nomini *defter*, liber, adfixum, ad *dzikr* referendum est *).

Suffixa pluralia مان, تان, شان non nisi in poësi occurrunt. Ex. c.

خردتان برین هست همداستان

khiredtān berīn hest' hemdāsitan,
„sapientia vestra num hoc perspexit?" (Firdousi in *Schahnameh.*)

Si nomen substantivum sequenti determinatur adjectivo, pronomen suffixum non substantivo, ad

*) Sequimur explicationem hujus loci a Lumsdenio l. c. allatam; possunt tamen et alia ratione haec verba haud minus apte reddi, si pron. suffixum ت in *dativo* collocatum esse censeatur, ut sensus sit: „monumentum aeternum *tibi* manebit in hoc libro."

quod proxime pertinet, sed adjectivo ultimum locum occupanti adfigitur, ex. c. عمر عزیزت *ömri 'azīzet*, vita tua pretiosa; — Hafiz:

بخال هندویش ببخشم سمرقند وبخارا را

bekhāli hindujesh bibekhsem samarqand u bukhāra ra, pro macula ejus nigra darem Samarqand et Bokhara.

خوشا شیراز ووضع بی مثالش

khoshā shīrāz uwasz'i bīmītsalesh,

„o felicem urbem Shiraz et situm ejus incomparabilem!"

§. 76. Praepositiones persicae, vel potius locutiones praepositionales (vide §. 54), quum maximam partem sint origine substantiva, substantivorum etiam more, i. e. mediantibus *kesre* vel ی relationis vel hemze leni, nominibus praeponuntur, h. e. regunt genitivum; ex. c. پیشِ دارا *pishi Dārā*, coram Dario; بالای خانه *bālāi khāne* *) super domo; زیرِ نعلین *ziri na'lein*, sub calceis; سوی باغ *suji bāgh*, versus vineam etc. vide supra pag. 173, 174.

§. 77. Haud infrequens est usus particularum از *ez* vel ز *si* ex, ab, et را *ra* (quae proprie est nota Dativi) ad circumscribendum *Genitivum*, ex. c. pro خانهٔ پدرِ من *khānei pyderi men*, dicere

*) Hinc nostrum: *balcon.*

licet: خانه از پدرِ من *khāne ez pyderi men*, domus patris mei, et pro پسرِ زید *pyseri zeid*: زید را پسر *zeid ra pyser*, filius Zeidi. Eodem modo in disticho Hafizii:

عنقا شکارِ کس نشد دام باز چین
کاینجا همیشه باد بدستست دام را

'enqa shikāri kes neshūd dām bāz tshin
kīndzha hemīshe bād bedestest dāmrā

„phoenix nullius umquam praeda facta est, cohibe rete aucupatorium, heic enim solus ventus in potestatem retis semper venit." بدستست دام را positum est pro بدستِ دام است — Qualis circumscriptio in enuntiationibus interrogativis omnino est necessaria, ut: این کتاب از که است *in kitāb ez ki est?* vel کراست *kirāst* (pro *ki ra est*), hic liber cujus est? ad quod respondetur: از آن من *ez âni men*, meus, از آن تو tuus etc. (vide §. 19. F. 3:o.). این خانه اوّل ازآنکه بوده است *īn khāne ewwel ez ânki būde est?* haec domus antehac cujusnam fuit? از آن پدرم *ez âni pyderem*, patris mei.

§. 78. Praeter complementorum genus supra (§. 69—77) descriptum, quorum internus et arctissimus cum parte enuntiationis potiori nexus constructione sive genitivo casu insignitur, maximi momenti est *objectum*, quod in enuntiatione verbali (§. 60, pag. 180) praedi-

cato subjungitur, et cujus est adcuratius definire *quo* praedicatum semet referat. Ratio immediata et proxima, quae praedicatum inter et objectum valet, exprimitur casu *accusativo*, cujus propria et originaria vis in eo sita est, ut motum in locum et finem proximum indicet. Objectum in casu accusativo positum a Grammaticisque arabicis et persicis communi adpellatione مفعول, *mef'ūl*, insignitum, in syntaxi arabicā magnum habet ambitum usumque maxime varium, unde diversi ejusdem termini technici: I:o مفعول مطلق *mef'ūli murlaq*, objectum absolutum, quo praedicatum i. e. *verbum*, sive transitivum sit, sive non, casu accusativo ipsius infinitivi, مصدر, aut suae ipsius radicis, aut significationis cognatae, circumscribitur; ex. gr. خاف خوفا *khāfa khawfan*, timuit timorem (haud secus ac latina: gaudet gaudium, somniat somnium, it viam etc). 2:o مفعول به *mef'ūlun bihī*, objectum in quod, i. e. objectum proprie sic dictum, in nostris linguis post verba transitiva usitatissimum. 3:o مفعول فيه *mef'ūlun fīhi*, objectum in quo, i. e. accusativus locum et tempus actionis significans, ex. c. سافرت شهرا *sāfartu shahran*, profectus sum (per) mensem (eodem mode latine dicitur: „dormit totam hiemem”). 4:o مفعول له *mef'ūlun lahū*, vel لاجله *liadzhlihi*, objectum caussae, ex. c.

ضربته تأديبا له *dzharabtuhu ta'dîban lahu*, cecīdi eum corrigendi caussā *). Ex his in idiomate persico non nisi duo genera occurrunt: مفعول مطلق et مفعول به. — Quod si remotius quoddam adest objectum (in quod non proximâ et rectâ viâ, sed oblique quasi, transit verbum,) collocatur illud in casu *dativo*, qui laxiorem, quam accusativus, inter praedicatum et objectum exprimit rationem, et plerumque indicat in cujus quid actum sit utilitatem aut incommodum **).

---

*) Objectum, a grammaticis arabicis *quinto* loco adferri solitum (*mefʿūlun maʿhu*), ex industriâ praetermisimus, quippe quod, ut nobis quidem videtur, subjecti, quam objecti, locum potius tueatur.

**) In lingua Arabum, quae casu *Dativo* caret, praepositionumque adeo ope objectum remotius exprimit, nullus datur hujusce objecti terminus technicus; hinc factum est, ut grammatici persici et turcici, qui ubique Arabum vestigia stringunt, in eodem adpellando vacillent. Alii objectum in dativo positum مفعول له *mefʿūlun lahu* l. لاجله *liadzhlihi*, alii مفعول اليه *mefʿūlun ilaihi*, denominant. Prius eo minus admittendum, quo certius est, hunc terminum de objecto in *accusativo* posito usurpari (vide supra §. 78. 4:o); posterius acriter defendit *Mirza* Kasem-bek in Grammaticâ sua Turcicā pag. 51, 52. (*Грамматика Турецко-Татарскаго языка составленная ординарнымъ профессоромъ Мирзою Александромъ Каземъ-бекомъ*, Казань 1839).

§. 79. Ut supra (§. 35: 3, 4. pag. 107) dictum est, casus *dativus* et *accusativus* linguae persicae, quoad externam speciem, a se invicem non differunt, etenim uterque particulā را (vel مر—را, vel مر—) insignitur; ex ipso igitur contextu enuntiationis et significatione verbi omnino pendet, utrum in hoc an in illo casu collocatum esse censeatur, de quo jam agitur, objectum. Ex. c. او را دیدم *ūrā dīdem*, vel مر او را دیدم *merūrādīdem*, vel دیدمش *dīdemesh*, *illum vidi*; اورا گفتم *ūrā goftem* vel مر او را گفتم *mer ūrā goftem*, vel گفتمش *goftemesh*, *illi dixi*.

§. 80. Objectum absolutum, مفعول مطلق (§. 78.), cujus in linguâ persicâ usus est rarissimus, teste Lumsdenio in ligatâ tantum oratione occurrit. Tenendum porro est, *infinitivo*, quo idem hocce objectum exprimitur et cujus ope verbum finitum propius determinatur, in fine plerumque superaddi litteram ی (یای وحدت, *je* unitatis, pag. 108, not.) *numquam* vero notam accusativi را ex. c. (Lumsden e Nizāmio l. c. II. 203):

بجنبید جنبیدنی باشکوه
چو از زلزله کالبدهای کوه

bydzhūnbīd dzhūnbīdenī bashkū
tshu ez zelzele kalūbudhāi kūh

„trepidavit videlicet trepidatione, quali, facto terrae motu, vibrantur moles montium."

§. 81. Objectum proprie sic dictum, مفعول به, quamvis in accusativo semper positum, saepius tamen notâ hujusce casûs characteristicâ, را *rā*, caret, ideoque a nominativo sive subjecto non nisi contextu orationis atque vi et significatione nominum in auxilium vocatis, dignosci potest. Ubi enim ex tenore orationis dilucide patet, quodnam duorum nominum in enuntiatione qualibet agens sit, et in quodnam actio transeat, nullâ opus est notâ accusativi; quod si sit in illis aliquid ambiguum, superadditâ objecto particulâ را *rā*, omnis tolletur ambiguitas. In quam unam regulam plurima recidunt, quae aut de usu necessario, aut de praetermissione notae accusativi, tradi solent praecepta.

§. 82. Objectum verbi transitivi — sive propius sit h. e. in accusativo positum, sive remotius, in dativo — quotiescunque sequentibus adjectivis (صفت l. نعت §§. 64, 65) determinatur, vel nomine substantivo aut per constructionem (اضافت §. 69), aut adpositionem (§. 97), circumscribitur, vel demum copulâ و cum alio nomine conjungitur, notam accusativi et dativi را non immediate sibi sed *ultimae* voci adjungit (§. 35: 4 Not.). Ex. c. بلبلان بی نوارا در فغان می آورد *bübülān binewārā der fighan miāwerd*, luscinias auxilio destitutas lamentari coëgit. لقمان حکیم را گفتند *loqmāni hekīmrā goftend*, Loqmāno sapienti dixerunt. —

شمامهٔ ریحان روح افزایش دماغ جانرا معطّر ساختی odor fragrantis herbae ejus (scil. horti), animum recreantis, cerebrum vitae odoribus imbuebat. — خدمتِ ما برسان سرو وگل وریحانرا *khidmeti mā biresān serw ugül u rei'hānrā*, salutem a me dic cypresso, rosae et basilico (herbae odoriferae). Qui particulam را ultimo loco collocandi mos eo usque invaluit, ut integra etiam propositio (plerumque ex Arabico sumta) inter ipsum objectum et hanc particulam locum tenere queat, ex. c. علی رضی الله عنه را بخواب دیدم *'āli*, raszia 'llahu 'anhu, *ra bekhāb didem*, 'ali, *sit Deus illi propitius*, in somno vidi.

§. 83. Quod capite secundo (§. 35: 4) observavimus, particulam را objecto sive accusativo *indefinite* posito non adfigi, sed ibi plerumque hac terminatione insigniri accusativum, ubi in nostris linguis articulo utimur *definito*, id nonnullis exemplis probare jam conabimur. Qua vero de re, quum maximos auctores in diversà fuisse opinione videamus, — improbavit enim Lumsden *) sententiam *W. Jonesii*, differentiam inter objectum indefinitum et definitum, a nobis allatam, statuentis, — ne quid a nobis temere prolatum reprehendant viri eruditi, timemus quidem, nec tamen, quae nobis in hac re visa sunt vera, celare voluimus, nec debuimus.

---

*) *A Grammar of persian language*, Tom. II. pag. 145 et 195.

Ante omnia veritatem sententiae à Lumsdenio repudiatae probare videtur innumera multitudo substantivorum, quae in accusativo post verba بردن, آوردن, فرمودن, کردن, ساختن etc. etc. (vide supra pag. 92—96) collocari solent, idque semper omissā particulā را, quoniam *indefinite* reddenda sunt, ex. c. غم خوردن lida nöd, حسد بردن bära (hysa) afund, سوگند خوردن aflägga ed etc. in quibus effatis persicis aeque absurdum esset particulum را accusativo addere, ac si suethice diceres: lida nöden, hysa afunden etc.

E contrario autem pronominibus demonstrativis این et آن, personalibus separatis او, خود, من, تو, et indefinito *) فلان, absolute, h. e. sine substantivo, positis, ut ipse observat Lumsden (l. c. pag. 195, reg. sexta), superadditur, sine ullā exceptione, in accusativo particula را; cuius rei nullam aliam caussam invenire potuimus, nisi quod hae voces ipsā suapte naturā definitae sunt, ideoque, in accusativo, etiam objectum quoddam definitum significent necesse est. — Nonnulla addamus exempla specialia:

*) Ad pronomina indefinita eam ob caussam sine dubio referri solet haec vox, quod ad nullam aliam pronominum classem apte adnumerari possit; *definitum* vero aliquid eādem significari probat articulus definitus in graeco idiomate voci ejusdem significationis praepositus: ὁ δεῖνα; et adjectivum *certus* quod in latina linguā saepissime praemittitur voci *quidam;* cfr. suethicum, en wiß.

حافظا می خور ورندی کن وخوش باش

Hāfizā mej khur u rindi kŭn u khâsh bash

O Hāfiz, vinum bibe et potationi indulge et gaude! (drick win, non winet; hinc nullum adest را). item: می خواه وگل افشان کن *mej khāh u gŭl efshān kŭn*, begär win och strö blommor.

At contra:

صوفی بیا که آینه صافست جام را
تا بنگری صفای می لعل فام را

Sofī bijā ki ajine sāfest dzhāmrā,
ta bingeri sefāi meji le'lfāmrā.

Anachoreta! adfer, quod, sicut speculum, purum est, poculum, ut videas puritatem vini rubino similis. Hemta den spegelklara bägaren, att du må skåda glansen af det rubinstimrande winet. In quo exemplo articulo definito linguae suethicae respondere vides persicum را. — Nec tamen negamus, de objecto, indefinite interpretando, eandem hancce usurpari posse particulam, quae, ubicunque ad ambiguitatem tollendam necessaria sit (§. 81), omitti nequit, ex. c. زید شیر را کشت *zeid shir ra kŭsht*, zeidus leonem interfecit; heic objectum et definite (lejonet), et indefinite (ett lejon), reddi potest, prout orationis contextus postulat; quod si particula را praetermissa fuisset, nescires utrum leonem occiderit zeidus, an zeidum leo; quamvis enim is est ordo vocum normalis, ut primo loco ponatur subjectum, secundo objectum et ultimo

verbum, inde nihil tamen concludere licet, quippe quum saepissime ex arbitrio dicentis pendeat hunc ordinem immutare. — De pronominibus suffixis (§. 49, *β*) objecti locum tenentibus, mox infra, §. 87, agetur.

§. 84. Objectum remotius, in dativo positum, particulâ را numquam carere potest, nisi, pronominibus suffixis, aut praepositionis به, ب, با ope, relatio casu dativo insignienda exprimatur, ex. c. زيد را گفتم وفرمودم تا هنر آموزد *zeid ra goftem u fermūdem ta hyner āmūzed*, zeido dixi et praecepi ut virtutem disceret, vel با زيد گفتم و فرمودم *bā zeid goftem u fermūdem* etc.; گفتمش *goftemesh*, pro او را گفتم *ura goftem*, dixi illi.

§. 85. Verba dupliciter transitiva, sive causalia (§. 7), saepe *duo*, nonnumquam *tria*, regunt objecta, quorum unum plerumque, non semper, particulâ را insignitur, cetera vel immediate verbo adduntur vel praepositionum: به, بر, از etc. ope cum eodem construuntur, ex. c. وزير ملكرا زهر خورانيد *wezir melikra zehr khūrānid*, vezirius regem venenum bibere fecit (venenum regi bibendum praebuit); ستايش بيزدان رسانده اند *sitāish bejezdān resānende end*, gloriam Deo tribuerunt. بزرگى رساند بمحتاج خبر *büzürgī resāned bemühh-*

tadzh kheir, homo magnanimus egenum bonis donat. زيد را علم آموزانيدم از بكر *zeid ra 'ilm amūzānidem ez bekr* vel علم را بزيد آموزانيدم از بكر *'ilm ra bezeid āmūzānidem ez bekr*, zeidum literis a Bekro instituendum curavi (verbotenus: „zeidum litteras discere feci a Bekro").

§. 86. Sunt quoque multa verba activa, simpliciter transitiva, quae *duos* regunt *accusativos*, quorum posterior respondet *factivo* sive *dativo formali* linguae fennicae, attributumque prioris efficit. De his praecipit Lumsden (l. c. II. pag. 357), ut priori accusativo particula را postponatur, ex. c. زيد ديوار را بلند ساخت *zeid dīwār ra bulend sākht*, zeidus murum reddidit altum (seki muurin korkiaksi). Quam tamen regulam non semper observari probant sequentes Hafizii versus:

دام تزوير مكن چون دگران قرانرا
dāmi tezwirī mekün tshun digerān qurānrā
in laqueum falsitatis ne facias, ut alii, Coranum. In quo exemplo ordo objectorum inversus cernitur, ultimoque igitur το را adfixum.

مضطرب حال مكردان من سرگردانرا
mus'zreribi 'hāl mekerdān men sergerdānrā.
„adversā fortunā adflictum, me ne reddas desperatum."

„adversā fortunā adflictum, me ne reddas desperatum." Ubi nomini posteriori, sive praedicato prioris objecti, particula saepius nominata adfixa est. — Quid? quod utrumque objectum interdum notā accusativi carere possit; sic SA'DI in *Bōstano*:

کله دلو کرد این پسندیده کیش

kylē delw' kerd īn pesendīde kīsh

„pileum (suum) in urnam (aquae hauriendae caussā) transformavit hic vir religione egregius." Et SCHAHI in ode quadam *):

هر که کوی تو ساخت مسکن خویش

her ki koi tu sākht' meskini khīsh

„quicumquedomum tuam sibi in habitaculum fecit."

§. 87. Pronomina *suffixa* (§. 49. A. β.), verbis subjuncta et nunc *objectum propius* (accusativum), nunc *remotius* (dativum) indicantia, particulam را respuunt, quippe quae ipsâ suâ naturâ *obliquos* casus pronominum personalium ـمن, ـتو, او efficiant. Ob magnum vero ambitum horum pronominum, quae pro quocunque casu obliquo usurpari possunt (cfr §. 75), haud exiguâ opus est exercitatione, ut dignoscere valeas, quamnam quoque loco habeant vim; augetur haec, maxima fere in totâ syntaxi persicâ,

*) Videsis eruditum commentarium Ill. DE SACYI ad editum a se *Pendnāmeh* FERID EDDIN ATTARI (Parisiis 1819), pag. 309. Qui quidem commentarius, bellissimam anthologiam carminum persicorum continens, plures nobis e *Bostano* SA'DI et *Dīwana* HAFIZII in hac opellâ citatos locos suppeditavit.

difficultas eâ re, quod non tantummodo cuicunque voci enuntiationis adfigere liceat haecce pronomina, — ita objectum verbi saepe nomini vel particulae, a verbo longe remotis, adjectum invenies, — verum variae etiam flexiones verborum, in consonam م exeuntes, aliis vocibus, quae pronomen primae personae sibi suffixum habent, facile confundantur. Sic ex. gr. گفتم *goftem*, dixi, quoad externum habitum, nullo modo differt a گفتم *goftem*, dixit mihi, pro مرا گفت vel با من گفت *bā men goft*. Sed de his stabile et firmum quid praecipi vix potest, at omnia fere, quemadmodum ex arbitrio scribentis pendent, ita judicio lectoris relinquenda sunt. Quae sequuntur exempla, exercitationis causså allata sunto:

گر بلطفم بنزد خود خواند
ور بقهرم براند او داند

ger belŭtfem benezdi khud khāned
wer beqehrem bĕrūned, ū dāned,

„si aut cum bonitate memet ad se vocet, aut in irâ me ejiciat, ipse (Deus) novit." (Saʿdi in *Gulistano.*)

گرم دستگیری بجائی رسم
وگر بفکنی بر نگیرد کسم

gerem destĭgīri bedzhāji resem
weger bifkenī ber negīred kesem

„si me manuducis, in locum altum veniam, quod si deficias, sursum non levabit ullus me." (*idem in Bostano*).

بضاعت نیاوردم الا امید
خدایا ز عفوم مکن نا امید

besza'et nejāwerdem illā ūmīd
khudājā zi'efvum mekūn nāūmīd

„mercem nullam adduco, nisi (unam) spem, o Deus! veniae (tuae assequendae) spe me ne facias destitutum." (*idem* l. c.)

مستمندم دلفکارم تن گرفته تب

mustemendem dilfikārem ten girifte teb,

„infelix sum corde fractus sum, corpus febri laborat" (Sa'di). In quo exemplo suffixum م nil aliud est, quam contractio verbi substantivi ام, vide supra §. 17 Not. 1.

ای که هرگز فراموشت نکنم
هیچت از بنده یاد می آید

Ej ki hergiz ferāmushet nekūnem
hitshet ez bende jād mī ājed.

„O tu, cujus ego numquam obliviscor, num quando mei, servi tui, recorderis?" (Sa'di). Heic *ferāmūshet nekūnem*, dictum est pro: *tura ferāmūsh nekūnem*, et *hitshet jad miājed*, pro *hitsh tura jad miājed*.

وگر نه چنانت دهم گوش پیچ
که دانی که هیچم و کمتر ز هیچ

weger neh, tshunānet dehem gūsh'pītsh
ki dāni ki hitsh em u kemter zihitsh

„Sin minus, ita tibi aures vellam, ut confitearis: nihil sum, immo minor nihilo." (Nizāmi citat. a Lumsden l. c. pag. 70).

هر سو دود آن کش زدیر خویش براند

her su dewed ān kish zideri khīsh birānd

„In omnes partes currit ille, quem e domo sua ejecit (Deus)." Ubi کش *kish* est pro کیش *kijesh* et hoc pro کە اورا *ki ūrā*. Eodem modo contrahuntur: کە او ترا *ki u tūrā* in: کوت *kūt*, qui vel quod tibi, l. qui te, et ز او ترا *zi u tūrā* in زوت *zūt*, ex. c.

نباشد پادشاهی زوت بهتر !

ورا هم بندگی کن کوت بهتر

nebāshed pād'shāhi zūt behter

urā hem bendegi kūn kūt behter

„Non est tibi ullus rex melior quam ille, illum cole, etenim ille tibi optimus (vid. §. 42, pag. 114) est." (*idem.*) — Ex hoc exemplo insuper patet, pronomina suffixa, ubi cum verbo substantivo بودن esse, aut expresso, aut subintellecto, construuntur, per *dativum* esse explicanda. Qua quidem constructione, casûs videlicet dativi cum verbo substantivo, saepissime compensatur verbum داشتن *dāshten*, habere; in sequenti hemistichio e *Bostano* Saʿdi, quod de viro avaro agit, utraque constructio occurrit:

زرش بود يارای خوردن نداشت

zeresh bud' jārāi khurden nedāsht

aurum illi fuit, facultatem eodem fruendi non habuit.

Addimus exemplum, quod usum pronominis suffixi in plurali numero (in oratione tantummodo ligatâ occurrentem) ostendit, et pariter ellipsin verbi substantivi بودن, quâ difficultas sensum enuntiationis perspiciendi majorem in modum augetur:

براه فريدون فرّخ رويم
نيامانی كهن بود اگر ما نويم
ازو تاج وتخت وازويم سپاه
بدويم سپاس و بدويم پناه

berāhi ferīdūni ferrukh rewīm
niāmānĭ kehn būd eger mā newīm
ĕzū tadzh ŭtekht ū ĕzūjēm sĭpāh
bĕdūjem sipās ū bedūjem pĕnāh

„Viā Feriduni fortunati progrediamur, ille avus nobis fuit antiquus, quamvis nos sumus recentes; ab eo coronam et thronum, ab eo exercitum (accepi), ei laudes meae (debentur), in illo asylum mihi (est)." Firdousi, (vid. *Chrestom. Schahnām.* Vullers, pag. 29. Cfr. *Fundgr. des Orients* V. 233. et *le livre des Rois*, ed. Mohl, I: 212).

Observandum denique est, pronomen suffixum tertiae personae ش, *esh*, haud raro adhiberi pro

casibus obliquis pronominis خود *khud* vel خویش *khish*, ipse, ipsius, sui, suus. Ex. c. (Saʿdi in *Gulistāno*):

یکی از حکما پسرش را نهی کرد از بسیار خوردن

jeki ez hukemā pysereshrā (pro *pyseri khūdrā*) *nehi kerd ez bisjar khūrden* *). „Unus e sapientibus filio *suo* (non: *ejus*), praecepit, ne multum comederet."

سلاح و درم داد لشکرش را
همه نامداران کشورش را

silāh ū direm dād' leshkereshra
hemā nāmidārānī kishwereshrā

„Arma et pecunias dedit (Darius) exercitui *suo*, pariter nobilibus terrae *suae* *). (Firdousi in *Shahnāmeh*.)

سکندر بیامد — — ببخشید بر لشکرش خواسته

se kender biāmed — — *bebekhshīd ber leshkeresh* (pro *leshkeri khūd*) *khāste*, „Alexander venit — — distribuit per exercitum *suum* res pretiosas." (Firdousi, in *Shahnāmeh*.)

§. 88. Verba persica haud pauca sunt, quae objectum suum non immediate, sed adhibitā prae-

*) Notandus est in hoc exemplo usus particulae را post pronomen suffixum, qui, quamvis rarissime obtinet, non tamen omnino est illicitus, ut perperam docet Wilken in *Institt. ad fundamenta linguae persicae* pag. 27. 2. Hoc loco ambiguitati tollendae conducit, cfr. §. 83 in fine.

positionum ope, tangunt; ex. c. از اندیشیدن *endishīden ez*, cogitare, perpendere; بر آفرین خواندن *āferīn khānden ber*, laudare; بر آمدن *āmeden ber*, advenire; از درگذاشتن *dergüdzāshten ez*, transire, praeterire; از ترسیدن *tersīden ez*, timere; سوی تافتن, تابیدن *tāften* l. *tābīden suj*, advertere; از تابیدن *tābīden ez*, avertere; از دریغ داشتن *dirigh dāshten ez*, recusare; Tale verbum in linguâ technicâ grammaticorum orientalium dicitur „transire in objectum suum mediante praepositione" يَتَعَدَّى إِلَى مَفْعُولِهِ بِحَرْفِ جَرٍّ — Quaenam autem quoque loco adhibenda sit praepositio in lexicis docebitur, idem enim verbum alium atque alium intellectum, prout haec vel illa praepositio sequitur, facit; nonnulla vero et immediate objectum suum regunt, et praepositionum ope construuntur. Ita ex. c. verbum ترسیدن *tersīden*, timere, quod plerumque praepositionem از amat, ut in *Pendnāmeh* Attâri:

از خدا ترس و مترس از دشمنان

ez khudā tersū meters ez düshmenān

„Deum time, ne timeas hostes," etiam sine hac praepositione construitur, ex. gr. (Sa'di in *Gul.*)

ای تهی دست رفته در بازار
ترسمت پر نیاوری دستار

ej tehī dest refte der bāzār
tersemet pyr nejāwerī destār,

„o tu, qui viduis manibus in forum venisti, timeo tibi, ne infectis rebus revertaris." — Eodem modo verbum آفرین خواندن *āferīn khānden*, laudare, nunc mediante praepositione بر (ex. c. *Schahnāmeh*, ed. Mohl, I: pag. 212 vers. 4), nunc immediate (l. c. pag. 213, v. 26) objectum suum regit. — Quae usu sunt addiscenda.

§. 89. Inter objecta verbi transitivi etiam *Vocativum*, منادى *mŭnādā* (e radice arab. ندا vocavit), referunt grammatici persici (Lumsden l. c. II, 209), maxime, ut videtur, eam ob caussam, quod vocativus in linguâ arabicâ saepe casu accusativo exprimitur, subintellecto verbo أدعو voco, adpello. Hoc tamen de linguâ persicâ vix praedicari potest, suâ enim propriâ terminatione ا *ā* vel يا *jā* (vide supra §. 85. 5.) gaudet Vocativus, quamvis saepe etiam nominativo casu, praemissis particulis exclamationis (حروف ندا *'hurūfi nidā*): اى *ej*, *i!* يا *ja!* ايا *ejā!* وا *wā!* (et in libris recentioris aetatis voce hindostanicâ ارى *erī!*) insigniatur. — De usu Vocativi quae moneantur, admodum pauca sunt. Unicam difficultatem parit ellipsis pronominum personalium, post particulas exclamatorias, supra allatas, haud infrequens, quae vero e contextu orationis facile supplentur, ex. c. ('Attār in *colloquio avium*):

يا زشغقت صد چو مهر مادران
هست این غرقاب را ناوى گران

jā! zishifqet sad tshu mihrī māderān,
hestī īn gherqābī rā nāwī gerān.

„o! misericordià centies tantum, quantum amor matrum (i. e. O! *tu* Deus, cujus misericordia in homines centies amorem maternum superat), est huic gurgiti (scil. vitae mundanae, terrestri,) vasta vorago."

ای ببالا چو صنوبر وای بروخ چومهٔ

„*Ej bebālā tschu senūber u ej berūkh tshu mī-mĭ-hā* (i. e. *meh*) o! (*tu*, qui es) staturà sicut pinus et facie sicut luna." (Sa'di; vide *Pendnāmeh* ʿAttari ed. De Sacy, pag. 314).

Ceterum particulae ای, یا, ایا etc. etiam ipsi vocativo in ا vel یا exeunti praemitti possunt, ex. c.

ای دریغا ای دریغا ای دریغ
کان چنان ماهی نهان شد زیر میغ

ej dĭrīghā! ej dirīghā! ej dirīgh;
kāntshŭnān māhī nĭhān shŭd zīri mīgh.

„Proh dolor! proh dolor! proh dolor! quod talis luna abscondita fuit in nubem." (Lumsd. l. c. II. 210).

§. 90. Quae in linguis syntheticis sive organicis *), casuum numero exuberantibus, qualis praecipue est vernacula nostra Fennica, variis

*) „Je pense, qu'il faut assigner le premier rang aux langues à inflexions. On pourroit les appeler les langues organiques, parce qu'elles renferment un princip vivant de développement et d'accroissement, et qu'elles ont seules, si je puis m'exprimer ainsi, une végétation abondante et féconde." *A. W. v.* Schlegel, *observ. sur la langue et littérature provençales*, pag. 14.

casibus, ut Ablativo exteriore et interior (vel, si mavis, Ablativo et Elativo), Caritivo, Dativo exteriore, interiore et formali (vel Allativo, Illativo et Factivo), Locativo exteriore, interiore et formali (vel Adessivo, Inessivo et Essivo) atque Instructivo exprimi solent relationes multifariae, eae in linguâ persicâ, maximam partem analyticâ, praepositionum ope plerumque insigniuntur. Sic Ablativi exterior et interior saepissime circumscribuntur praepositione از *ez* vel ز *zi:* ازمرغ *ez mürgh*, linnulta, linnusta, ab ave, ex ave; Caritivus praepositione بی *bi:* بی مرغ *bi mürgh*, linnutta, sine ave; Dativi exterior et interior per به *be* et در *der:* بمرغ *bemürgh*, در مرغ *der mürgh*, linnulle, linnuun, avi et in avem; de Dativo formali vide supra §. 86; Locativus exterior, qui etiam pro Instrumentali et Temporali adhibetur, circumscribitur praepositt. بر *ber*, با *ba* (instrumental.), در *der* (temporal.) vel etiam particula را *ra:* بر مرغ *ber mürgh*, با مرغ *bā mürgh*, linnulla, in exteriore parte avis; ave; در آن وقت *der ōn weqt*, sillä ajalla, eo tempore; Locativus interior: در مرغ *der mürgh*, linnussa, in ave. Locativus formalis respondet τῷ حال in syntaxi arabicâ et persicâ, de quo in sequenti paragrapho agetur; Instructivus exprimitur ope praepositionis با *ba*, cum: با مرغ l. با مرغان *bā mürgh*, *bā mürghān*, linnuin, cum avibus.

Illustrari haec variis possent exemplis, quod tamen, cum exempla ubi vis obvia sint, aeque prolixum foret ac superfluum.

§. 91. Termino technico حال, *'hāl* (h. e. status), in grammaticâ arabicâ et persicâ significantur voces, quae subjecto l. objecto enuntiationis cujusdam adcuratius definiendo inserviunt, magnamque igitur cum epithetis, صفت vel نعت (§. 64), habent similitudinem; sed a نعت et صفت eo differt حال, quod illae qualitatem personae vel rei inhaerentem et stabilem innuunt, hoc autem indicatur qualitas modus l. status fortuitus et certo quodam loco aut tempore obveniens. Quam rationem, ut etiam alias permultas, lingua arabica, tribus tantum casibus gaudens, non nisi accusativo exprimere valet (ex. c. أُدْخُلُوا ٱلْبَابَ سُجَّدًا „intrate hanc portam adorantes"; طَوْعًا وَكَرْهًا, volens nolens); at Fennica, ut in §. proximâ innuimus, casu locativo formali bene depingit (ex. tuli fairaana kotiin, venit domum aegrotans); lingua persica, inflexionibus nominum fere omnibus privata, hanc relationem ordine et constructione vocum indicare conatur atque omittendo *kesre attributivo* (vide §. 64), quo aliās inter se junguntur substantivum et adjectivum vel nomen descriptivum; ex. c. زيد سوار آمد vel زيد آمد سوار *zeid süwār āmed* l. *zeid āmed süwār*, zeid venit equitans l. equitando, quod differt a

زيد سوار آمد *zeidi sūwār āmed*, eques Zeid advenit. Est igitur, ut ex hoc patet exemplo, vulgaris illa junctura substantivi (موصوف, §. 64) et adjectivi (صفت) multo arctior, quam quae inter حال et substantivum eodem circumscriptum (ذو الحال *dzu-l'hāl* vel صاحب الحال *sā'hibu-l'hāl*, i. e. possessor statûs l. conditionis adpellatum) obtinet; quod non tantum omissione kesre attributivi indicatur verum eâ quoque ex re elucet, quod inter ذو الحال et حال varias voces interserere licet, inter موصوف et صفت non item. — Ceterum, in linguâ persicâ, حال saepissime exprimitur participiis in ان quaè gerundiis quoque latinis in *do* respondent (cfr. §. 15. pag. 56, not. 1) ex. c. *Shahnāmeh* ed. Mohl. I. 102:)

بکاخ اندر آمد دوان کندرو (*

bekākh ender āmed dewān kenderew

„in palatium venit Kenderew currens l. currendo."

نیایش کنان رفت وبردش نماز

niāish kūnān reft u bürdesh nemāz,

„bene precando ad eum accessit et salvere jussit."

Huc referri possunt locutiones adverbiales arabicae ex omni nomine formari solitae per casum accusativum, ex. c. خصوصاً, specialiter,

*) دوان legendum esse, non روان, suadet ipse contextus et versio Cel. Mohl: *en toute hâte.*

praesertim, إتّفاقًا, forte, casu, غالبًا potissimum, a potiori, سَمْعًا وَطَاعَةً audiendo et obediendo i. e. lubentissime; quem morem Arabum interdum sequuntur Persae addentes nominibus notam accusativi را, ex. c.

قضا را از صحرا باز آمد

qaszā ra ez Saʿhrā bāz āmed,

fato (i. e. fortuito) e deserto revenit.

§. 92. Ab حال (§. 91.) non fere multum discrepat تميز *temīz*, i. e. distinctio, specificatio, quā vox antecedens, significationis vagae et universalis, sequente nomine substantivo definitur atque restringitur; in linguâ arabicâ casus accusativus in hunc quoque usum semper adhibetur, ex. c. اَلْوَرْدُ طَيِّبٌ رِيحًا وَلَوْنًا „rosa amoena (quoad) odorem et colorem," (quod Fenni casu ablativo exteriori exprimunt: ex. c. kaunis näöltä). In persicâ linguâ voci definiendae et restringendae (مُمَيَّز) prior adsignatur locus, eique immediate postponitur nomen definiens sive restringens (مُمَيِّز بِهِ), et quidem in nominativo singulari, i. e. omissis et particulâ را, et kesre relativo, إضافت. Ex. c. خوب آواز, bonus (quoad) vocem, پاک دامن purus (quoad) laciniam vestis i. e. integer vitae; plura

exempla videsis pag. 148, E). Huc pertinent nomina numeralia et nomina mensurae atque ponderis, quae per se vaga et indeterminata a sequente nomine numerato l. mensurato (in arab. linguâ per accusativum, in fennicâ per casum infinitivum expresso) definiuntur ab aliisque dinstinguuntur; sic ad تمييز referenda sunt haec et similia exempla: دو كس *du kes*, duo viri; سه پسر *se pyser*, tres filii; ده اسپ *deh esp*, decem equi; دو هزار سال *du hezār sāl*, duo millia annorum; دو گز كرباس *du gez kerbās*, duae ulnae carbasi. Quibus in exemplis nomen antecedens est مميز; numeratum vero مميز به.

Interdum nomini numerato superadditur ی (cfr. supra §. 47, pag. 139, not. 9, ubi exemplum *inversi* ordinis nominum numeralis et numerati insimul observes); ex. c. Pendnāmeh Ferid Eddin 'Attari, pag. 95:

حاصل از دنيا چه باشد اى امين
نه گزى كرباس ودو سه گز زمين

'hāsĭl ēz dūnjā tshĭ bāshed ej emīn
***nuhh gĕzī kerbās ŭ dū sĕ gēz zĕmīn*|**

„Lucrum vitae mundanae quodnam est? o! fidelis, „novem ulnae carbasi, et duae, tres ulnae terrae!" Quod si nomen consequens *materiem*, unde quid factum sit, denotet, constructio vulgaris duorum substantivorum diversas res significantium, sive

اضافت (§. 69), locum habebit ex. c. خاتمِ زر *khatemi zer*, annulus auri (aureus), تخت عاج *tekhti ʿādzh*, solium eboris (eburneum).

De تاكيد *taʾkīd*, بدل *bedel*, et عطف ٱلبيان *ʿatfulbejān*, quae a nonnullis auctoribus ut species τῶν حال et تميز considerantur, actum est supra pag. 202, not. **.

§. 93. *Objectum comparationis* (مفضّل عليه *mufaszzalun ʿalaihi* i. e. cui quid antecellit), si praecedit *superlativus*, genitivo casû, h. e. constructione sic dictâ grammaticâ, اضافت لفظى, exprimitur; cujus constructionis exempla jam supra §. 71, pag. 208, adtulimus; sed *comparativus*, aeque ac positivus vim comparativi habens (§. 40), in regimine post se sumit praepositionem از *ez*, ablativi notam; ex. c. خوبتر از ماه *khobter ez māh*, pulchrior lunâ; خاموشى به از سخنِ بد است *khāmūshī beh ez sukheni bed est*, praestat tacere quam male loqui.

Haec fere sunt, quae de complementis enuntiationum, regimini partium essentialium subjectis, quatenus ad ambitum earundem dilatandum conferat nomen, اسم (quod pronomina etiam atque numeralia complectitur), praecipue observanda esse duximus; restat, ut pauca addamus

De usu Modorum et Temporum verbi persici.

§. 94. *Infinitivus* (مصدر), medium tenens inter Nomen et Verbum, vicem partium essen-

tialium in enuntiationibus haud raro efficit, idque formâ integrâ in تن *en* exeunte, ex. c. (Sa'di in *Gulist.*)

خلاف رای سلطان رای جستن
بخون خویش باشد دست شستن

khilāfi rāi sulтān rāi dzhüsten
bekhūni khish bāshed dest' shüsten

Consilium, voluntati Sultani contrarium, quaerere
Est suomet sanguine manus lavare,

in quo exemplo non minus ipsum subjectum, جستن, quam praedicatum, شستن, infinitivo, eodemque integro, exprimuntur.

§. 95. *Infinitivus*, complementi loco, saepe adjungitur Verbis, quae aut voluntatem, conatum et facultatem ad actionem quandam perficiendam significant, aut officii et necessitatis notionem involvunt, qualia sunt: خواستن *khāsten*, velle; توانستن *tywānisten*, posse; توان *tywān* (impersonale, §. 27, 3) potest fieri; آرستن *āresten*, potem esse (quod quidem verbum in negativis tantum enuntiationibus usu venit); دانستن *dānisten*, scire, posse; بایستن *bāisten*, oportere; زیبیدن *zībīden*, decere; شایستن *shāisten*, idem; سزیدن *sezīden*, dignum esse, decere. *Apocopatum* vero Infinitivum hisce Verbis postponere vulgatissimi est usûs. Ex. c. (Attār,

Pendn.) با تو گویم گر بدل خواهی شنید *bā tu gujem ger bedil khāhī shenīd*, dicam tibi si adtente audire velis.—(*Anv. Soheili:*) بی ناز و عتاب دوستی نتوان کرد *bī nāz u itāb dūstī netywān kerd*, sine blanditiis et objurgatione amicitia jungi nequit. نیارم شد اینجا مقیم *nejārem shyd īndzhā muqīm*, non possum in hoc loco remanere. باید گفت *bājed goft*, oportet dicere.

همه فیلسوفان زیونان و روم
نه دانند کرد انگبین از زقوم

hemē fīlĭsofan zĭjōnan u rūm
nedānend' kerd engebīn ez zæqūm

„Quotquot sint philosophi, graeci atque romani, non possunt elicere mel ex arbore infernali." (Sa'di, *bostan.*)

Rarius, et quidem in poësi, occurrit infinitivus *integer;* ex. c. (*Shahnameh*, ed. Mohl, I: 104:)

بدو گفت ضحّاک شاید بدن
که مهمان بود شاد باید بدن

bedu goft' Szohhāq' shājed bŭden
ki mihmān bŭwed shad' bājed buden.

„Illi respondit Zohhaq: hospitem hunc esse oportet, laeti igitur simus." — Quod si pluribus vocabulis a se invicem distent ambo verba, posterius, ne pro tertiā personā praeteriti definiti su-

matur, integrâ infinitivi formâ haud male exprimitur, ex. c. (Sa'di, *Gulist.*):
ابنای جنس مارا نشاید در حضرت پادشاهان جز براستی سخن گفتن *ebnāi dzhinsi mārā neshāied der 'heszreti pādishāhān dzhuz berāstī sukhen goften*, „generi nostro non decet, in praesentiâ regum, praeter quod verum est dicere."

Infinitivi locum post verba توانستن، خواستن etc. saepe tamen occupat praesens subjunctivi, particulâ که vel expressâ vel subintellectâ, ex. gr. میخواهم که بروم *mīkhāhem ki birewem*, volo abire; شاید که بخوانم *shājed ki bikhānem*, oportet (ut) legam.

اگر خواهی شوی خوش نویس بنویس وبنویس وبنویس *Eger khāhī shewī khosh newīs bĭnewīs ubinewīs u binewīs.*

„Si vis ediscere artem eleganter scribendi, scribe, scribe, iterumque scribe."

هر که را نبود توکّل با خدای
شایدت بر وی بگریی های های

hēr ki rā nēbwēd tewekkŭl bā khudāj
shājedet ber wej bĭgirji hāi haj.

„De homine, cui nulla est confidentia in Deum, ducas, oportet, suspiria: haj! haj! ('Attār, *Pendn.*)

Quae constructio, amphiboliae evitandae caussâ, interdum omnino est necessaria; sic ترا باید زد *turā bājed zed*, duplicem involvit sensum: „te

caedam, oportet" باید که ترا بزنم *bājed ki turā bĭzenem*, et „oportet (ut) caedas" باید که بزنی.

§. 96. *Imperativus* امر *'emr* (inter Verbi modos eandem vim habens ac in Nominibus casus rectus Vocativus, quo subjectum verbi Imperativi continetur), praedicatum efficit enuntiationum l. propositionum apodicticarum, haud secus ac modus Indicativus (casui itidem recto, Nominativo, respondens) in enuntiationibus assertoricis praedicati vicem sustinet. — Imperativus Verbi persici praefixam sibi plerumque vult particulam بِ vel بُ (§. 15. Not. 5), maxime, si actio significatur momentanea vel ab omni parte determinata et brevi absolvenda, ex. c. بعد انجام این کار برو *be'edi endzhāmi īn kār bĭrew*, „hac re finitâ *abi!*" — Si vero actio innuitur longius duratura vel per intervalla continuanda, aut simplex adhibetur Imperativi forma, aut eidem praemittitur particula می vel همی (quae per contractionem orta videtur ex همیشه *hemīshe*, continuo), aut demum imperativo utuntur composito e participio ipsius verbi et aoristo irregulari باشم (de quo vide §. 22, pag. 74) ex. c.

سبزه می خور (خورده باش l. خور) بکرد چسبه وجوی

sebze mīkhur (vel *khurde bāsh*, vel *khūr*) *be-*

girdi tshesme wedzhuj, viridem pasce herbam ad fontem et fluvium. Conferas insuper quae de Imperativo ad pag. 73 et 74 in notâ dicta sunt.

De *Prohibitivo* videas quae allata sunt in §. 15, pag. 54 not. 3 et pag. 55 not. 2.

§. 97. Tempus *Aoristum* sive *indefinitum*, [* مُضَارِع] ita adpellatur ob diversam, qua gaudet, vim, nunc enim pro *praesenti* tempore, nunc pro *futuro* adhibetur; accedit, quod praemissis particulis كه et تا *subjunctivi*, praemissâque conjunctione گر vel اگر *conditionalis* modi vicem impleat. — Quamvis enim in universum valeat, Praesens tempus praemissâ Aoristo particulâ مى l. همى insigniri, haud tamen raro ipsum Aoristum pro Praesenti usurpatur, et quidem in sententiis universalibus, ubi actio significatur consueta et fieri solita, nec ad certum quoddam temporis momentum relata, ex. c. (Anv. Soh.)

*) Denominationem arabicam مضارع (i. e. similis,) quâ *Futurum* vel *Praesens*, i. e. *Aoristum arabicum* bene insignitur propter similitudinem variarum ejusdem terminationum cum casibus nominum (sic *aoristum rafatum*, seu indicativi modi, exit in vocalem *o*, ad instar casûs nominativi, et *aoristum nasbatum*, conjunctivi modi, in *a*, quae terminatio accusativo arabico est propria), de *aoristo persico*, quod nil tale habet, inepte usurpari, nemo non videt.

هر که برادر ندارد هر جا که
اوفتد غریب باشد *

her ki brāder ne dāred, herdzha ki ufted gherib bāshed, „omnis homo, qui fratrem (i. e. amicum) non habet, ubicunque sit, extraneus esse solet."

---

*) Inter Praesens verbi defectivi أم et Aoristum بَاشَم vel بُوَم eadem plerumque observatur differentiâ, ac in linguâ russicâ inter есмь et бываю, ita, ut *hoc* in enuntiatis problematicis et dubiis, *illud* in assertoricis et certis adhibeatur. Hinc, in temporibus *compositis*, praeteritum participii cum أم compositum de *factis* adhibetur certis et indubiis, quum idem participium cum باشم conjunctum de rebus agat incertis, ex *opinione* loquentis scribentisve pendentibus, unde etiam persice adpellatur ماضی مشکوک *māzi meshkūk*, i. e. praeteritum dubium.—*Futuri exacti* notionem involvit hoc idem tempus, quia actio perfecta in tempore futuro non existit nisi in opinione vel mente loquentis. Interdum vero promiscui usûs sunt أم et باشم, ex. c. وفاعله اگر سه حرف متحرک متوالی وچهارمش ساکن است آنرا فاصله صغری گویند واگر چهار متحرک متوالی وپنجمش ساکن باشد فاصله کبری خوانند. *Hudeequt ool bulagut* l. *The Bowers of Eloquence*, Calcutta 1814, pag. 240. Hic ساکن باشد = ساکن است (mentio est de saepimento minori et majori in prosodiâ; Cfr. §. 116.)

Quodsi actio determinato quodam tempore fieri repraesentetur, vel si quis eandem praesens quasi intueatur, Aoristo plerumque praemittitur praesentis nota می vel همی, ex. c. (Anv. Soheili):

تا طعامی که هست می نوشند
همچو زنبور بر تو می جوشند

ta reʿami ki hest minushend
hemtshu zenbūr ber tu mi dzhushend

Dum cibo tuo fruuntur, sicut examen apium circa te volitant (amici incerti).

Saepe tamen promiscui usûs sunt Praesens et Aoristum, ex arbitrioque loquentis scribentisve, e legibus metri, euphoniâ e. s. p. pendēre videtur, utrum hoc an illud potius adhibeatur. Proprium vero et peculiare id habent Persae, quod, ubi post Verbum in praeterito, ponitur aliud verbum actionem vel eventum innuens priori contemporaneum eoque ipso tempore praesentem, quamvis, ratione habitâ temporis quo res narratur, jam praeteritum, non praeterito tempore (vel imperfecto, ut in hodiernis linguis, excepta russicâ, quae hac in re cum Persarum linguâ concinit) sed Aoristo vel Praesenti utantur, ex. c.

پلنگ بچه دید که طاقت مقاومت ندارد

peleng betshe dīd ki rāqeti muqāvemet nedāred.

Catulus tigris sensit semet vires resistendi non habere, (märkte att han ej har

(pro habe) kraft att stå emot; - - замѣтилъ что онъ не *имѣетъ* силъ etc.)

دیدم که نصیحت نمیپذیرد ودم
گرم من در آهن سردی او اثر نمیکند

didem ki nesiʿhet ne mīpedzired wedemi germi men der āheni serdi u eтser nemīkuned, animadverti illum consilium (meum) non recipere, calidumque meum halitum in frigidum ejus ferrum nullam vim habere, (säg att han ej antager (antog) mitt råd, och att min warma andedrägt icke gör (gjorde) någon werkan på hans kalla jern.) — Aoristi usûs in enuntiatis subjunctivis et conditionalibus post particulas که, تا, گر, اگر valde frequentis, exempla, ubivis ceteroquin obvia, heic adferre supervacaneum est; nec tamen silentio praetereundum, Aoristum in priori membro propositionis hypotheticae interdum in poësi, praetermissâ omnino particula conditionalis اگر, occurrere, qua ellipsi sensus redditur subobscurior; ex. c. (Saʿdi in *Bostāno*):

نخواهی که باشی پراگنده دل
پراگندگان را ز خاطر مهل

nekhāhī ki bāshī perāgende dil
perāgendegān rā ze khaтir mehil,

(Si) non vis fieri infelix, infelicium meminisse te oportet.

Futuri notio, quae Aoristo saepe inhaeret, ex ipso contextu facile elucet. Sic post particulas tempus futurum indicantes (ex. c. فردا *ferda*, cras, پس از این *pes ez īn*, posthac e. s. p.), post aliud verbum in *imperativo* positum, in *juramentis* et *obsecrationibus*, saepe quoque in enuntiato *conditionali* seu *hypothetico*, in propositionibus *disjunctivis* (particulis یا — یا *ja — ja*, aut — aut conjunctis), et *interrogativis* (antecedente pronomine interrogativo که), Futuri potestatem habet Aoristum linguae persicae. Quod observasse sufficiat; omnia enim exemplis illustrare longum est, idque vetat opusculi nostri, supra modum jam increscentis, ratio.

§. 98. *Praesens* et *Futurum simplex* ambo, ut in §. 15. ostendimus, ex Aoristo oriuntur; *hoc* praemissâ particulâ بِ vel بُ quae momentaneam actionem plerumque indicat, *illud* additâ continuationis notâ می vel همی, quae vox saepissime Aoristo praemittitur, at nonnunquam, idque in poësi, eidem quoque postponitur (§. 15: 4, not. 1). Ceterum in usu Praesentis lingua persica parum differt a nostris linguis, quare in illis, quae in proxime praecedenti §. dicta sunt, subsistimus. De Futuro *simplici* tenendum est, idem saepissime respondere Futuro simplici linguae latinae,

quum futurum *compositum* periphrastico Latinorum Futuro sit simillimum; ex. c. بروم *birewem*, ibo; خواهم رفت *khāhem reft*, iturus sum (ad verbum: *volo ire*), et sic in aliis.

Obveniunt quandoque exempla Futuri simplicis, ubi vel Praesens vel Aoristum exspectaveris, quod non nisi proximo temporum futuri et praesentis confinio declarari potest — momento enim temporis brevissimo, dicto citius fugiente, separantur —; quam quidem ob rem in aliis linguis (ex. c. arabicâ et fennicâ) eâdem forma et flexione et ad praesens et ad futurum tempus exprimendum utimur, in aliis, diversae licet adsint formae, promiscue tamen usurpantur. Sic, in exemplo mox allegando, بتابد *bitābed*, splendebit, est pro تابد vel می تابد splendet. Sa'di in *Bostano*:

مگر دیده باشی که در باغ وراغ
بتابد بشب کرمکی چون چراغ

megēr dīde bāshī kī der bāg u ragh
bītābed besheb kermekī tshun tshiragh,

Forsitan quandoque observasti in hortis et montibus nocte explendescere, instar lampadis, vermiculum.

Idem ibidem:

اگر خوش بخسپد ملک بر سریر
نپندارم آسوده خسپد فقیر

ager khosh bŭkhosped melik ber serir
nependārem āsude khosped feqīr.

„Si quiete dormit (ad verbum: *dormiet*) rex in throno, putaverim homines egenos nulla frui posse tranquillitate."

§. 99. *Praeteritum definitum* de negotio vel eventu adhibetur definito et absoluto, certo quodam temporis momento peracto, adeoque praeterito respondet formae absolutae (совершеннаго вида) et definitae (опредѣленнаго) in linguâ russicâ (praefixam quoque sibi saepissime habet particulam بِ vel بُ, ut in russicis: по, у, про etc.). Ex. c. (Sa'di in *Pendnāmeh*):

چهل سال. عمر عزیزت گذشت
مزاج تو از حال طفلی نگشت

tshehel sāli 'ŏmri azīzet gydzesht
mizādzhi tu ĕz 'hāli tifli negesht,

„Quadraginta jam praeterlapsi sunt praetiosae vitae tuae anni, e puerili tamen vitae conditione nondum excessisti."

حالی که من این سخن بگفتم

'hāli ki men īn sukhen bŭ goftem,
Eo tempore, quo haec dixerim.

Perfecto etiam historico vel aoristo graeco saepissime hoc idem tempus respondere invenimus, ideoque per *Imperfectum* suethice reddendum, ex. c. (Sa'di in *Gulistano*):

طلب کردم زدانائی یکی پند
مرا گفتا که بانادان مپیوند

tělēb kērdēm zĭdānāī jĕkī pēnd
merā goftā ki bānādān mĕpejwend,

„Consilium aliquando petivi a sapiente viro; ille mihi dixit: noli cum insipiente amicitiam jungere." De voce گفتا videas supra pag. 56 in initio.

Differt vero lingua persica a nostris linguis in usu Praeteriti definiti eo maxime, quod pro Praesenti et Futuro interdum usurpetur ipsum hocce praeteritum, et quidem:

Loco praesentis: in *enuntiatis universalibus*, *proverbiis* etc, quae omni tempore vera esse censentur (quod idem in linguâ arabicâ saepissime usu venit), ex. c. (Saʿdi in *Pendnāmeh*):

دلا هر که بنهاد خوان کرم
بشد نامدار جهان کرم

dilā, *her ki binhād ĭ khāni kerem*
bÿshyd nāmidāri dzhehāni kerem,

„Corculum meum! quicunque mensam beneficentiae sternit (stravit), is clarum nomen habet (habuit) in mundo benignitatis."

Loco futuri: I:o In enuntiatis *hypotheticis*, rarius in protasi (شرط *shert*, i. e. conditio), saepius in apodosi (جزا *dzhezā*, i. e. retributio), et quidem in eum finem, ut ostendatur, ita verum et indubium esse id quod fore affirmatur, ac si jam peractum esset, ex. c.

اگر امروز بر خلق رحم کنی فردا مرحوم شدی

Eger imruz ber khelq re'hın kynī, ferdā mer'hūm shydi,

„Si hodie (i. e. in hac vitâ) hominibus misericordiam tribuis, cras (i. e. in alterà vitâ) ipse misericordiam assequeris” (ad verbum: assecutus es).

2:o Post verba *imperandi* et *jubendi* pro Futuro ponitur Praeteritum definitum, ut eo significetur, jusso vel mandato illico et revera esse satisfactum, ex. c.

پادشاه فرمود تا اورا در زندان نهادند

padshāh fermūd ta ūrā der zendān nihādend,
rex jussit, ut eum in carcerem mitterent (et illico miserunt). Quod si pro نهادند dictum esset نهند *nihend*, in aoristo, dubium maneret utrum homo, de quo jam agitur, in carcerem revera conjectus fuerit nec ne.

حکیم فرمود تا غلامرا بدریا انداختند

'hekīm fermud ta ghulāmra bederjā endakhtend,
vir sapiens jussit, ut puerum in mare conjicerent, et conjecerunt. (In linguâ arabicà eandem constructionem, genio etiamsi hujus linguae contrariam, interdum obvenire ostendit De Sacy, in *Grammaire Arabe* Tom. II. pag. 21, editionis secundae *).

---

*) Nec a linguâ russicâ omnino abhorret ejusmodi usus temporis praeteriti definiti. Exemplo sit usitatissimum illud: пошелъ! *abi!* (ad verbum: *abiisti*).

§. 100. *Imperfectum*, quod e praeterito definito duplici modo formatur, aut praemittendâ particulâ مى vel همى, aut superaddendâ terminatione ى, ياى مجهول, (quod tamen de *primâ* et *tertiâ* tantum valet personâ singularis et de *tertiâ* pluralis numeri) proprie indicat continuam saepiusve repetitam actionem in tempore praeterito, ideoque, apte ad rem, adpellatur ماضى استمرارى *māszī istimrari*, praeteritum continuationis. Respondet igitur hoc tempus imperfecto latino et graeco praeteritoque formae indefinitae (неопредѣленнаго вида) et infectae (несовершеннаго) in linguâ russicâ. — Exemplis omnia plena —. Habet vero altera illa forma Imperfecti, in ى exiens, aliam quoque vim et potestatem aliumque usum:

a) Saepe enim in utroque membro hypotheticarum propositionum adhibetur, praemissâ, in protasi, particulâ گر vel اگر ex. c. (Firdousi):

شبى در برت گر بر آسودمى
سر فخر بر آسمان سودمى

shebi der beret ger ber āsūdemī
seri fekhri berāsemān sūdemī

„Si per unam noctem in sinu tuo quiescere possem, sublimi ferirem astra vertice;"

b) et in *optativis* praemissâ l. subintellectâ particulâ كاشكه *kashki*, utinam:

کاشکه او بخانهٔ من آمدی چه خوش بودی
kashki u bekhānei men amedī tshi khosh budī,
utinam ille domum meam intrasset! quam bene fuisset!

Nonnumquam huic quoque formae praefigitur particula بِ vel بُ, praesertim si de re subitâ, nec opinato faciendâ factâve mentio fit:

کاشکان روز که در پای تو شد خار اجل
دست گیتی بزدی تیغ هلاکم بر سر
تا درین روز جهان بی تو ندیدی چشم

kāshĭkān rūzĭ kĭ der pāī tŭshўd khārī 'dzhēl
dēstĭ gītī bĭzĕdī tīghĭ hĕlākēm ber ser
tā derīn rūzĭ dzhĕhān bī tŭ nĕdīdī tshesmi,
„utinam illo die, quo pes tuus tactus fuit spinâ mortis, manus fortunae strinxisset gladium exidii in caput meum, ne die illo mundum absque te vidisset oculus meus."

c) In subjunctivis demum enuntiationibus, praemissis particulis تا et که, saepissime usu venit, cujus rei exemplum praebet locus nuperrime allatus: تا ندیدی.

§. 101. Tempora composita: *Praeteritum indefinitum* et *Plusquamperfectum*, eodem modo adhibentur ac in nostris linguis, quare in illis non est quod moremur. Id solum observari oportet, praeteriti participii usum, *omisso Verbo*

substantivo ام, saepissime obtinere: Ex. c.(*Dauletshāh* in Vitâ ʿAttāri):

وشیخ بسیاری از اکابر ومشایخ را در یافته
وباعارفان صحبت داشته وچهار صد جلد
کتاب اهل طریقت را مطالعه نموده وجمع
کرده ودر اخر حال بمرتبهٔ عالم فنا رسیده
و منزوی و معتکف شده

wesheikh bisjāri ez ekābir u meshāikh ra der jafte we bā ʿarifān soʿhbet dashte wetshehār Sūd dzhildi kitābi ehli ṫeriqet ra murāleʿe nemūde wedzhemʿe kerde weder ākhiri ʿhāl. bemertebei ʿālem fenā resīde we munzewi u muʿtekif shyde. „Et hic vir reverendus multos viros, magnos venerandosque, sibi amicos habuit, cum sapientibus societate conjunctus vixit, et 400 Volumina librorum a viris piis composita a se collecta perlegit. Postremo aetatis suae tempore ad summum gradum vitae spiritualis, ʿalem fenā dictum, pervenit vitaeque solitariae et assiduis precibus se dicavit."

Aliud exemplum videsis in *Gulistani* praefatione, in initio: *bārāni reʿhmet bi ʿhesābesh hemerā resīde etc. etc.*

§. 102. In *Personarum* omnium temporum et utriusque numeri usu lingua persica parum differt a nostris linguis, nisi sit in primâ personâ

singularis numeri, quae modestiae, ne dicam adulationis, caussâ haud raro compensatur substantivis بنده *bende*, servus, نیازمند *niāzmend*, cliens, مخلص *mukhlis*, sincerus amicus, خیر خواه *kheir khāh*, fausta exoptans, مسکین *miskín*, فقیر *feqír*, egenus, pauper, حقیر *'heqīr*, vilis, e. s. p. quae nunc cum primâ nunc tertiâ personâ construuntur; ex. c. بنده عرض کردم *bende 'ærz kerdem*, vel بنده عرض کرد *bende 'ærz kerd*, (ego, qui sum) servus supplex veni, vel servus (hic tuus) supplex venit. — Pro secundâ personâ *singularis* numeri in persicâ quoque linguâ *plurali* numero utuntur politiores, ex. c. احوال شما خوشست *e'hwāli shymā khoshest?* status vester bonus est? i. e. quomodo valetis (pro: vales)? Interdum locum pronominis 2:dae personae tenent substantiva excellentiam personae, quam alloquimur, prae se ferentia, ex. c. احوال شریف عالی خوشست *e'hwāli sherīfi 'āli khoshest?* status vestrae excellentiae et nobilitatis bonusne est? هرچه امر حضرت باشد در همه عمر خلاف آن نکنم *hertshi emri 'heszret bāshed der hemē 'ōmr khilāfi on nekynem*, Quaecunque vestra excellentia jusserit, omni vitâ executurus sum. جناب به بنده چنین فرمودند *dzhenāb be bende tshenīn fermūdend*, Excellentia servo haec jussit (jusserunt, vide §. 63. 1:o),

pro: tu haec mihi mandasti. Hinc pro 2:dâ singularis vel pluralis numeri quandoque usurpatur tertia persona pluralis (quod idem in linguâ Danicâ obtinere notum est), Ex. c. اگر فرمایند *eger fermäjend*, si jubent, pro si jubes (vel jubetis).

Flexiones verbales vel terminationes variarum personarum: م *em*, ی *í*; یم *ím*, ید *íd*, ند *end*, a Grammaticis persicis ad *pronomina suffixa*, ipsum subjectum agens (فاعل) exprimentia, referuntur; hinc fit, ut *tertia* persona numeri singularis, quae ejusmodi pronomine suffixo caret, etiam pro aliis personis, et quidem, si proxime antecedit pronomen primae personae, sive separatum (§. 49, A.), sive verbo praecedenti adfixum, pro *primâ* personâ singul. numeri adhiberi possit. Ex. c. (Dzhami):

بجای نیل من بودی چه بودی
زپاپوشش من آسودی چه بودی

bĕdzhāī nīl' mēn būdī, tshĭ būdī
zĭpāpūshēsh menāsūdī tshĭ būdī,

In terra Nili utinam fuissem, ad pedes ejus (Josephi) utinam adquievissem!

Heic من بودی et من اسودی sunt pro: من بودمی et من اسودمی.

باز گشتم وآمد بخانه زود *bāz geshtem u amed* (pro: *amedem*) *bekhāne zud*, reversus sum et intravi domum festinanter.

§. 103. Nativus lepor miraque simplicitas, quibus Persarum lingua insignis est, eà etiam ex re elucent, quod, in adferendis tertiae cujusdam personae verbis, Persae rarissime indirectâ sive relativà, plerumque vero directà vel recitativà utantur oratione, dramaticamque adeo narrationibus suis induant formam, ut absentem coram spectare et ipsum quasi loquentem audire tibi videaris. Sic ex. gr. pro: „Muʿtassem interrogavit, num sperare posset, fore, ut frater suus ex hoc morbo convalesceret?" ad genium linguae persicae dicendum est: „Muʿtassem interrogavit: spes est (ne), ut frater meus ex hoc morbo convalescat?"

معتصم پرسید که هیچ امیدی هست
که برادرم ازین مرض شفا یابد

Muʿtassem pyrsīd, ki hitsh ymīdī hest ki berāderem ezīn merez shefā jābed.

Ex quo exemplo insuper patet, particulam که *ki* (quod, ut), cujus usus in persismo est frequentissimus, post verba interrogandi (haud secus ac *jubendi*, *dicendi*, فرمودن, گفتن etc.), per pleonasmum abundare, (ut graecum ὅτι) nec igitur verbotenus in nostras linguas verti posse. زید را گفت که ادب آموز *zeid ra goft ki edeb āmūz*, Zeido praecepit, ut artes disceret (ad verbum: praecepit: disce artes).

سپهدار ایران چو بنهاد خوان
بسالار فرمود کورا بخوان

sipehdāri ɪrān tshu binhad' khān
besālār' fermūd' kūra bikhān,

„Rex Persiae, mensâ adpositâ, pocillatorem jussit, ut illum (Alexandrum) arcesseret;" ad verbum: pocillatorem jussit: tu illum arcessito!

§. 104. Iidem modi eademque tempora bene se excipiunt; simplicissimum vero et fere infantilem loquendi modum eo imitatur lingua persica, quod usum conjunctionum et pronominis relativi, quibus modi, tempora et enuntiationes simplices in aliis linguis conjungi et in periodi formam redigi solent, saepissime negligat. Exemplum praebeat Sa῾di, *Gulistan*, lib. 3. fab. ult.):

تشنه وگرسنه وبی طاقت بر سرچاهی رسید
قومی را دید براو گرد آمده بودند وشربتی آب
بپشیزی همی آشامیدند جوان را پشیزی نبود
آب طلب کرد ابا کردند دست تعدّی دراز
کرد میسّر نشد تنی چند را فرو کوفت مردان
غلبه کردند وبی محابا بزدندش ومجروح
کردند *tishne we gürsine webītāqet ber ser tshāhī resīd qaumī rā dīd ber u gird āmede būdend wesherbeti āb bepeshīzī hemīāshāmīdend dzhuwān rā peshīz nebūd āb ṭeleb kerd abā kerdend desti te῾eddi dirāz kerd mujesser neshūd tenī tshend ra ferū kōft ghelebe* (*kalaba*) *kerdend webīmuhābā bizedendesh wemedzhrū῾h ker-*

dend. „Sitiens et esuriens viribusque destitutus (pugil quidam) ad fontem venit — turbam vidit — eum circumdederant jamque haustum aquae oboli pretio solventes bibebant — juveni obolus non fuit — aquam petivit — recusarunt — manum violentiae extendit — possibile non fuit — nonnullos percussit — homines supervenerunt eumque absque misericordiâ verberatum sauciarunt."

Praecipuis, ut nobis quidem videtur, ad syntaxin persicam momentis jam qualitercunque expositis, heic subsistimus, particularum usum specialem variamque potestatem lexicis relinquentes et commentariis, universalia de iisdem attulisse contenti; vid. §§. 52—56; 90, 93.

Caput Quartum.

De Prosodia *).

§. 105. Prosodiam l. artem metricam (علم عروض *'ilmi 'ærûz*) Persae, aeque ac Turcae,

---

*) De prosodiâ persicâ brevissime egimus, ne supra modum augeretur harum pagellarum numerus. Prolixiora desiderantes adeant: *Dissertations of the Rhetoric Prosody and Rhyme of the Persians*, by Francis Gladwin, Calcutta printed, reprinted in London 1801; expositionem septimae partis operis

Arabibus acceptam referunt. Sunt tamen in metris persicis nonnulla, quae Arabes non habent, et vice versâ, sunt et alia, quae Arabibus maxime placent, Persis non item; alia demum, quae Persis in deliciis sunt, sed ab Arabibus vix feruntur.

---

regii قلزم هفتك in Annalibus Vindobonensibus (*Jahrbücher der Literatur*) Tom. 40—44, a Fr. Rückert communicatam; *Hudeequt ool bulagut*, *l. The Bowers of Eloquence, being a treatise on the Rhetoric, Poetry and Rhyme of the Persians, bey Mouluvees jan Alee and Abdoor Ruheem*, Calcutta 1814, nec non *G. W.* Freytagii eximium opus: *Darstellung der Arabischen Verskunst*, Bonnae 1830 editum, cui *G. H. A.* Ewaldi librum: *De Metris Carminum Arabicorum* (Brunsvigae 1825), qui aliis omnino, quam ceteri, nititur principiis, conferre nec injucundum erit nec inutile. — De metris LL. OO. praeterea disseruerunt: Samuel Clericus (*Scientia metrica et rhytmica, seu tractatus de prosodia arabica*, Oxonii 1661); Francisc. a Mesgnien Meninski (*Instutiones linguae Turcicae, Arabicae et Persicae*, Vindobonae 1756. P. VII, 61—94); Guilielmus Jones (*Poeseos Asiaticae Commentariorum libri 6*. Londini 1774, pag. 29—77); Geo. Henr. Aug. Ewald (*Grammatica Cricita linguae Arabicae cum brevi metrorum doctrina*, Tom. II, pag. 323—343). Silv. de Sacy (*Grammaire Arabe* edit. 2; Tom. 2, pag. 615—694). — Quae de re metricâ Arabum attulereunt Joh. Fabricius (*Specimen arabicum*, Rostochiae 1637), et Phil. Guadagnoli (*Institut. arab. linguae*, Romae 1642, pag. 283—329), minoris sunt momenti.

§. 106. Persae et Arabes, ut Graeci et Romani, magnâ gaudent metrorum varietate, eâ tamen re praecipue differunt metra asiatica, quod plures syllabas longas habeant quam breves, quod quidem characteri hominum orientalium, gravitate quadam et lentitudine in omni re, in incessu, gestu motuque insignium, apprime convenit.

§. 107. In linguâ persicâ, de qua heic unice agendum est, *quantitas* adcuratissime observatur, habentque longae syllabae etiam tonum, breves autem velociter et sine vocis contentione pronuntiantur.

Longae, syllabae sunt quae duabus literis (حروف) constant;

Breves, quae unâ tantum literâ efficiuntur.

Cui simplicissimo principio tota innititur Persarum prosodia. — Heic vero observandum est, sonos vocales non referri ad literas proprie sic dictas (cfr. §. 1. et 4: 12); vocales enim, quae plerumque in scribendo omittuntur, motiones (حرکات) adpellantur, et solae syllabam efficere nequeunt. Sunt igitur, ex. c. syllabae

breves: بَ *bĕ*, بِ *bĭ*, بُ *bŭ*, لَ *lĕ*, رَ *rĕ* etc.

longe; بَا *bā*, بِي *bī*, بُو, بَدْ *bed*, قَدْ *qad* etc,

§. 108. *Duae* literae (i. e. consonantes, ne exclusis quidem ا, و et ی) quum per se jam longam syllabam constituant, ex. c. نَر, سَخ, بَخ,

sequitur, *tres* literas, hunc modum transgredientes, non unam tantummodo longam syllabam, sed longam cum brevi efficere, quod, quamvis in prosa oratione non observetur, in poësi tamen usu venit et addito ultimae consonae sono brevissimo *ĭ* effertur. Sic voces: درد *derd*, سخت *sekht*, بخت *bekht*, باد *bād*, quae in prosâ monosyllabae sunt, in poesi fiunt dissyllabae, *nisi versum vel hemistichium finiunt;* longam igitur cum brevi – ⏑ *derdĭ*, *bekhtĭ*, *bādĭ*, efficiunt. Hinc quoque ex. c. كردند in medio verso legendum *kerdendĭ* – – ⏑. Confer supra pag. 34. not.

Excipe: *sonum nasalem* ن post quiescentes ا, و, ى, qui vocem non reddit dissyllabam; ex. جان, چين, دان, دين, lege: *dzhān*, *tshīn*, *dān*, *dīn*, quae in scandendo (تقطيع) aequipollent syllabis *dzhā*, *tshī*, *dā*, *dī*. Quod si diphtongus praecedat, de ن valet idem quod de ceteris consonantibus dictum est, ex. c. دين, عون, عين (– ⏑). Pronomen خود (ipse) monosyllabum est, = خد confer. §. 111. *a*).

§. 109. Post quiescentes ا, و, ى, si in medio versû occurrunt duae consonantes *non motae* (h. e. nullo sono vocali adfectae), ut ex. c. in vocibus كارد, گوشت, utraque harum literarum, ex principio universali in §. 107. allato, syllabam

brevem efficiat necesse est. Sic ex. c. hemistichium:

رزم بود کارد جو بزم بود گوشت کو

quod in prosâ legitur: *rezm buwed kard dzhu,*

bezm buwed gushht ku,

scandendum est: *rezm(ĭ) buwed kar(ĭ)d(ĭ) dzhu!*

bezm(ĭ) buwed gush(ĭ)t(ĭ) ku?

ad metrum: —⏑⏑— | —⏑⏑— | —⏑⏑— | —⏑⏑—

Raro tamen *duas* syllabas constituunt duae tales consonantes, etenim e metro, quod poëma quoddam permeat, pendet, utrum duas syllabas breves, an unam, eamque brevem, efficiant. Ex. c.

کارد بر کش گوشت بر گشتاسب را

Scande:

kārd(ĭ) berkesh | *gusht(ĭ) ber gush* | *tasp(ĭ) ra*

ad normam metri: — ⏑ — — | — ⏑ — — | — ⏑ —

Qûo in casu metrici Persarum praecipiunt, *priorem* consonantem esse *movendam* i. e. sono vocali adjuvandam, *posteriorem* vero penitus *rejiciendam*, ut versus hanc formam induat:

کا ربر کش   گو ش بر کش   تا سرا

secundum shema arabicum:

فَا عِلَا تُن   فَا عِلَا تُن   فَا عِلُن

Quae tamen mutilatio, quantum a genio linguae persicae abhorreat, quis non videt? Sic enim si recitanda essent carmina persica, vix, et ne vix quidem, intelligi ab auditoribus possent; in hoc jam exemplo کارد *kard*, (culter) کار *kār* (opus

negotium), گوشت *gūsht* (caro) et گوش *gūsh* (auris) male confunduntur *) —. Sic vero legendum esse unumquodque vocabulum, ut plane ab auditore percipi possit, pro rato habemus; nullamque aliam caussam praecepti Metricorum persicorum supra allati assequimur, quam studium Persarum Arabes in omni re literariâ serviliter imitandi. In metris videlicet Arabum adcuratissime, et quidem ad genium linguae Arabicae adcomodate, curam adhibent, ut in quoque versu sint non modo totidem syllabae verum tot etiam literae, quot ipso schemate metri continentur. Quod ut efficere possent Persae, eo usque processerunt, ut linguam suam immite mutilare religioni sibi non duxerint. Sic, ex. gr. 21 literas e 43 rejiciunt in hoc hemistichio:

دُوخَوان سِه خَوان دُو سِه خَوان خَواسْتخَان
چه خَوان کَه نَخواسْت

---

*) Minime tamen negamus literas finales abjici posse in nonnullis vocibus, quae duplici formâ gaudent, nullumque ideo ambiguitati locum relinquunt, quales sunt: فراموشت et فراموش, فرود et فرو, سپید et سپی, نرمین et نرمی etc. ut in suethicis: mun et mund, strax et straxt etc.; nemo vero suethicum mord (caedes) in versu pronuntiabit: mor (mater), vel hård (durus) ut hår (crinis) proferet.

34

quod hoc modo scandere jubent:

كِنَخَلس	سِخَاچِخَا	دُسِخَاخَا	دُخَاسِخَا
ad metrum:			
فَعِلَات	مَفَاعِلُن	فَعِلَاتُن	مَفَاعِلُن
*) — ⏑ ⏑	— ⏑ — ⏑	— — ⏑ ⏑	— ⏑ — ⏑

qualem quidem versum, ad normam schematis arabici recitatum, quis tandem intelliget? Quae cum ita sint, in hac re difficili id unum restat, ut, quamvis Grammaticis et Metricis in *scandendo* vel rectius *dissecando* (تَقْطِيع) versu persico concedatur voces mutilandi et ad metrum Arabicum conformandi licentia, in *recitandis* tamen carminibus persicis non *literarum* sed *syllabarum* habendam esse rationem urgeamus. Nil enim impedit, quominus versus supra allatus, ne unâ quidem literà ejectâ, hunc in modum recitari possit: dŭ khān sĭ khān | dŭ sĭ khān khās | tĭ khān tshĭkhān | kĭ nĕkhāst.

Quae in scandendo ulterius observanda sint, sequentes docebunt paragraphi.

§. 110. *α*) Litera آ, signo medd ~ notata, longam efficit syllabam, quippe quae duabus literis aequipolleat, ex. gr. آمد = ااَمد (- -).

*) Sinistrorsum legendae sunt hae syllabarum brevium longarumque designationes, ubi *persicum* textum immediate sequuntur; dextrorsum, si proxime antecedunt voces persicae *nostris literis* expressae. Metrum est مضارع §. 119. N:o 12.

β) Elif *initiale*, in medio versu, modo vocalis vicem agit et proxime praecedenti consonanti adnexa nihil ad syllabam prolongandam valet, modo ipsum movetur et consonantis valorem habet. Sic بَدْ أَم et *bĕ-dēm*, et *bēd'ēm*, prout postulat metrum, legi potest. Item: مَن أَز *mĕ-nēz* (⏑ –) et *mēn ēz* (– –).

§. 111. *α*) Litera و in nonnullis vocibus loco vocalis adhibetur (واو بيان ضمه waw signum dhammae) nihilque ad producendam syllabam conducit; hinc *breves* sunt: چو (*tshŭ*), تو (*tŭ*), دو (*dŭ*). (Quae tamen, urgente metro, nonnumquam producuntur).

β) Eadem litera و, si conjunctionis copulativae vim habet, per se brevis est, sed praecedenti literae quiescenti adnexa cum eādem syllabam longam procreat, ex. c.

گل و مل مى بايد و ديدار يار

gŭl‿ŭ mŭl mī | *bājĕ-dŭ dī* | *dārījār*.

γ) Si demum litera و post consunantem خ ad sonum vocalem obtusiorem reddendum voci inseritur, de quo vide §. 4. 7, pag. 27, nulla ejusdem in scandendo habetur ratio, ut ex ultimo exemplo, ad schema arabicum in §. 109. allato, satis adparet.

δ) Litera ى quiescens ante elif mobile saepe excidit, ex. gr.

سَیْفِی اَزْ عِشْقِ اُو جُدَّا مَنْشِین

scande:

سیفِ اَزْ عِشْ	قِ اُو جُدَا	مَنْشِین
فَا عِلَا تُنْ	مَفَا عِلُنْ	فَعِلَاتْ

ad normam metri:

Melius tamen ad §. 110. β) hic casus referri potest, si elif initiale vocalis vim habere ponimus et primis vocabulis hanc speciem damus: سَیْفِیْ یِزْ عِشْق *sējfī jēs īsh* etc.

§. 112. Litera finalis ه (هاى مختفى *he levatum* vel *lene*, pag. 31 lin. 13) quum tantummodo indicet, praecedentem consonam per vocalem *zeber* vel *fatha* esse motam (§. 4: 8), syllabae producendae potestatem proprie non habet *), sed plerumque, et saepissime quidem ante Elif mobile, vocali (´) aequipollet; interdum tamen, metro urgente, consonantis vim ad syllabam producendam habet; quod si hamzatum sit, longam syllabam efficit; hinc Metrici Persarum de literâ ه *leni* monent, eandem nunc *duarum*, nunc *unius*, nunc *nullius* literae vim in prosodiâ habere, ex. c.

*) Nisi sit in fine hemistichii, ex. c.

سوی او خصمی که تیر انداخته

پیشهٔ کارش کفایت ساخته

sūī ū khās | mī kĭ tīr ēn | dākhĭtē

pīsshĕī kā | rēsh kĕfājĕt | sākhĭtē.

کُشْتَهٔ لَعْلِ لَبِ جَانَانَه اَم

زَابِ حَیْوَان پُر شُدَه پَیْمَانَه اَم

scande (coll. §. 113):

کُشْتَئِ اِی لَعْ = فَاعِلَاتُن ; لِی لَبِی جَا = فَاعِلَاتُن ;

نَان اَم = فَاعِلُن ; زَابِ حَیْوَا = فَاعِلَاتُن ; پُر شُدَه پَی

= فَاعِلَاتُن ; مَان اَم = فَاعِلُن . In کُشْتَهٔ *kyshteï* he hamzamtum syllabae longae, i. e. duabus literis (§. 107), respondet, ه, in پُرْشُدَه, unâ cum ن longam syllabam constituit, h. e. uni literae aequipollet; in جَنَانَه demum et پَیْمَانَه *vocalis* (i. e. nullius literae, §. 107) vicem sustinet.

β) *He finale*, quiescens in *kesre* vocabulorum چِه (quid), کِه (quis), سِه (tres), has voces non producit, quare semper *breves* sunt (*tshĭ*, *kĭ*, *sĭ*).

§. 113. *Anceps* est syllaba quae oritur ex ultimâ consonante nominis cujusvis et vocali *kesre*(*i*), sive nota genitivi est (§. 35: 2), sive attributivum (§. 37). Hinc ex. c. لَبِ مَن legere licet et *lĕbī mēn* (⏑ – –) = لَبِی مَن, et *lĕbĭ mēn* (⏑ ⏑ –). Plura exempla praebet versus persicus nuperrime (§. 112) allatus.

§. 114. *Teshdīd*, nota duplicatae literae, in scandendo ita observatur, ut, signo hoc sublato,

ipsa litera bis scribatur, ex. c. خُرَّم = خُرْرَم (– –); مُتَكَبِّر = مُتَكَبْبِر (– – ⏑ ⏑).

§. 115. Duas syllabas breves interdum in unam longam mutare licet, ex. c. نَبُوَد *nĕbŭwēd* in نَبْوَد *nēbwēd.*

چو بشنید دارا که لشکر زروم

scande:

چُبِشْنِی | دِدَارَا | کِلَشْکَر | زِرُوم
– – ⏑ | – – ⏑ | – – ⏑ | – ⏑

§. 116. Arabes ipsi et Persae de *syllabis longis et brevibus* numquam loquuntur, sed sicut est nomen ipsius versûs, quem بَيْت (i. e. tentorium) vocant, a vitâ Arabum campestrium depromtum, ita omnes quoque ceteri artis prosodicae termini technici inde petiti; utque nos metra e *syllabis* et *pedibus* constare dicimus, ita illi *tentorium* suum poeticum *funibus* et *paxillis* extensum atque exstructum imaginantur. Est vero *funis* minutissima pars in structurâ versûs arabico-persici, constans *duabus* consonantibus, quarum prior semper movetur (habet vocalem), posterior, vel quiescit vel movetur; hinc funis est aut *levis* (خفيف) ut لا l. لَن (–) aut *gravis* (ثقيل), ut عَلِ *ĭlă* (⏑ ⏑). *Tres* vero consonantes, quarum duae sunt motae, una quiescens, firmiorem

jam structurae partem, *paxillum* (وَتِدٌ), constituunt; est autem paxillus vel *conjunctus* (مَجْمُوع) cum ambae literae motae immediate se excipiunt ut مَعًا, فُعُو *mĕfā*, *fŭʿū* (⏑ –), vel *sejunctus* (مَفْرُوق), mediâ quiescente, ut فَاعِ *fāʿĭ* (– ⏑). *Quattuor* literae, quarum tres priores moventur *saepimentum minus* فَاصِلَةٌ صُغْرَى vocantur ut عِلَتُنْ *ĭlătūn* (⏑ ⏑ –); *quinque* literae, quarum quattuor priores moventur, quinta quiescit, efficiunt *saepimentum majus* فَاصِلَةٌ كُبْرَى, ut فَعِلَتُنْ *făʿĭlătūn* (⏑ ⏑ ⏑ –). Sunt tamen qui saepimenta, ut superflua, omnino rejiciant, quippe quum saepimentum minus nihil aliud sit, quam funis gravis unâ cum funi levi, et majus e funi gravi et paxillo conjuncto componatur.

§. 117. Ex his partibus minutioribus *) varios componunt pedes (تَفَاعِيل, vel columnas أَرْكَان), et quidem:

1 فَعُولُنْ *fŭʿūlūn* e paxillo conjuncto et funi levi, *bacchīus.*

2 فَاعِلُنْ *fāʿĭlūn* e funi levi et paxillo conjuncto, *amphimacer.*

---

*) Quarum ordo et numerus hac phrasi memoriali continentur: لَمْ أَرَ عَلَى ظَهْرِ جَبَلٍ سَمَكَةً (non video in jugo montis piscem).

3 مَفَاعِيلُنْ *mĕfāʿīlūn* e paxillo conjuncto et duobus funibus levibus, *epitrĭtus primus* l. *jambo-spondeus.*

4 مُسْتَفْعِلُنْ *mūstāfʿĭlūn* e duobus funibus levibus et paxillo conjuncto, *epitrĭtus tertius* l. *spondeo-jambus.*

5 مَفَاعِلَتُنْ *mĕfāʿĭlătūn* e paxillo conjuncto et saepimento minori, *jambo-anapaestus* l. *dochĭmus prior.*

6 مُتَفَاعِلُنْ *mŭtăfāʿĭlūn* e saepimento minori et paxillo conjuncto, *anapaesto-jambus* l. *dochĭmus secundus.*

7 فَاعِلَاتُنْ *fāʿĭlātūn* e duobus funibus levibus paxillo conjuncto diremtis, *epitrĭtus secundus* l. *trochaeo-spondeus.*

8 مَفْعُولَاتُ *mĕfʿūlātŭ* e duobus funibus levibus et paxillo sejuncto, *epitrĭtus quartus* l. *spondeo-trochaeus.*

Denominationes horum 8 pedum, e variis flexionibus verbi فَعَلَ desumtae, ita comparatae sunt, ut adpellatio cujusque pedis naturam ipsius et potestatem animo illico praesentet, quod quantum memoriae allevandae conducat, facile adparet. — Pro مُسْتَفْعِلُنْ etiam scribitur مُسْ تَفْعِ لُنْ ut constet funibus levibus paxillo disjuncto direm-

tis, et pro فاعلاتن scribunt فَاعِلَاتُن = paxillo disjuncto + 2 funes leves.

§. 118. Priusquam ad varia Metra, ex his pedibus orta, transgredimur, de versu arabico-persico (بَيْت) nonnulla praemittenda sunt. Continet vero *beit* saepissime duo hemistichia, quorum utrumque adpellatur مِصْرَاع i. e. *pars una januae biforis;* primus pes prioris hemistichii vocatur صَدْر i. e. *pectus, pars anterior;* ultimus pes ejusdem hemistichii est عَرُوض h. e. *palus tentorii*, cui quasi superstructa est tota domus, بَيْت. Posterioris hemistichii primus pes audit اِبْتَدَا *initium*, ultimus ضَرْب *fixio tentorii*, vel عَجُز *pars postica.* Pedes intermedii omnes efficiunt حَشْو vel *farcturam.* Est porro utrumque hemistichium (مِصْرَاع), in metris normalibus, vel quattuor vel trium pedum, unde totus versus distichus adpellatur vel مُثَمَّن *octonarius*, octo pedibus constans, vel مُسَدَّس *senarius*, sex pedes habens.

§. 119. *Metra normalia* l. *primitiva*, adpellantur, quippe quibus, ut maribus flumina,

11. خفيف (leve): فاعلاتن مستفعلن فاعلاتن *bis.*
12. مضارع (simile): مفاعيلن فاعلاتن مفاعيلن فاعلاتن *bis.*
13. مقتضب (concisum): مفعولات مستفعلن مفعولات مستفعلن *bis.*
14. مجتث (amputatum): مستفعلن فاعلاتن مستفعلن فاعلاتن *bis.*
15. متقارب (conjunctum): فعولن فعولن فعولن فعولن *bis.*
16. متدارك (consequens): فاعلن فاعلن فاعلن فاعلن *bis.*
17. جديد (novum): فاعلاتن فاعلاتن مستفعلن *bis.*
18. قريب (propinquum): مفاعيلن مفاعيلن فاعلاتن *bis.*
19. مشاكل (conveniens): فاعلاتن مفاعيلن مفاعيلن *bis.*


Metra 1—5, Arabibus peculiaria, a poetis persunt adhibita; metra vero 6—16 communia sunt carminibus usu veniunt. De *tetrastichis* per-

quae ab Arabibus *maria* (بُحُور, e singulari بَحْر) cetera metra omnia hauriuntur, sunt numero 19:

1. طَوِيل (longum): فَعُولُنْ مَفَاعِيلُنْ فَعُولُنْ مَفَاعِيلُنْ *bis.*
2. مَدِيد (extensum): فَاعِلَاتُنْ فَاعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلُنْ *bis.*
3. بَسِيط (expansum): مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ *bis.*
4. وَافِر (exuberans): مَفَاعِلَتُنْ مَفَاعِلَتُنْ مَفَاعِلَتُنْ مَفَاعِلَتُنْ *bis.*
5. كَامِل (perfectum): مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ *bis.*
6. هَزَج (lyricum): مَفَاعِيلُنْ مَفَاعِيلُنْ مَفَاعِيلُنْ مَفَاعِيلُنْ *bis.*
7. رَجَز (tremulum): مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ *bis.*
8. رَمَل (breve): فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ *bis.*
9. سَرِيع (velox): مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مَفْعُولَاتُ *bis.*
10. مُنْسَرِح (mobile): مُسْتَفْعِلُنْ مَفْعُولَاتُ مُسْتَفْعِلُنْ مَفْعُولَاتُ *bis.*

sicis, si a nonnullis recentioribus discesseris, non Arabibus et Persis; 17—19 in persicis tantum sicis رباعی *rūbā'ī* vel دوبیتی *dubeitī* infra agetur.

§. 120. Ordinem metrorum normalium, quae primitus fuerunt quindecim, rei metricae apud Arabes primus Auctor Khalīl ben A'hmed († anno Hegirae 170) quinque circulis ita definivit, ut ad singulos circulos ea referret metra, quae eódem literarum et syllabarum numero, sed diverso initio, conficerentur. — Primus circulus (دائرة *dāire*) vocatur مختلفة *mukhtalife* i. e. discrepans, quippe qui metra, e duobus *diversis* pedibus, impari literarum numero, pluries repetitis composita, contineat. Huc referuntur metra 1, 2, 3, i. e. *Tawīl*, *Medīd* et *Besīt*. Quod ut planius fiat, primum circulum, ad methodum Orientalium delineatum, heic adponimus; literâ م, extra circulum, significatur litera vel consonans *mota*, متحرك; ا vero literam quiescentem ساكن i. e. vocali privatam indicat; vel aliter: م significat syllabam brevem, ام syllabam longam):



Si initium facimus a فَعُولُنْ oritur metrum طَوِيل; quodsi a syllabâ لُنْ incipientes legimus: لُنْ مَفَاعِي لُنْ فَعُو *lūn mĕfāʿī lūn fŭʿū* (= *fāʿĭlātūn fāʿĭlūn*), habemus metrum مَدِيد; si demum ab عِيلُنْ exordimur: عِيلُنْ فَعُو لُنْ مَفَا *ī lūn fŭ ū lūn mĕfā* (quod pedibus: *mūstāfʿĭlūn fāʿĭlūn* respondet), conficitur metrum بَسِيط.

Eadem est ratio ceterorum quattuor circulorum:

II) دَائِرَة مُؤْتَلِفَة *circulus conveniens* duo metra complectitur:

4. وَافِر *mĕfāʿĭlătūn* ⏑ – ⏑ ⏑ –

5. كَامِل *mŭtăfāʿĭlūn* ⏑ – | ⏑ –

Omnes pedes totidem literis iisdemque syllabis, *initio* (quod per | significatur) diverso.

III) دَائِرَة مُجْتَلِبَة *circulus translatus* *) haec tria metra includit:

6. هَزَج *mĕfāʿīlūn* ⏑ – – –

7. رَجَز *mūstāfʿĭlūn* ⏑ – | – –

8. رَمَل *fāʿĭlā tūn* ⏑ – – | –

*) Ita adpellatus ob pedes e circulo primo huc translatos.

IV) دائرهٔ مشتبهه *circulus similis* *) sex metra continet:

9. سريع *mŭstăf'ĭlŭn mŭstăf'ĭlŭn mĕf'ūlātŭ* — — ⏑ — — — ⏑ — — — — ⏑

10. منسرح مسدس *mŭstăf'ĭlŭn mĕf'ūlātŭ mŭstăf'ĭlŭn* — — ⏑ — | — — ⏑ — — — — ⏑

11. خفيف *fā'ĭlātŭn mŭstăf'ĭ lŭn fā'ĭlātŭn* — — ⏑ — — | — ⏑ — — — — ⏑

12. مضارع مسدس *mĕfā'ĭlŭn fā'ĭ lātŭn mĕfā'ĭlŭn* — — ⏑ — — — | ⏑ — — — — ⏑

13. مقتضب *mĕf'ūlātŭ mŭstăf'ĭlŭn mŭstăf'ĭlŭn* — — ⏑ — — — ⏑ — | — — — ⏑ **)

14. مجتث *mŭstăf'ĭlŭn fā'ĭlātŭn fā'ĭlātŭn* — — ⏑ — — — ⏑ — — | — — ⏑

V) دائرهٔ منفرده *circulus solitarius*, secundum AlKhalīl, unum tantummodo metrum (apud Persas usitatissimum) continet:

---

*) Ob similitudinem pedum فاع لاتن et مستفع لن cum فاعلاتن et مستفعلن.

**) Hoc metrum in carminibus persicis integrum non occurrit (de quo infra), sed pedibus *decurtatis* in versu *octonario*, ordine pedum aliquantum mutato, ut e §. 119: 13. adparet. Octonarium quoque est, in persismo, metrum quartum decimum, nec pedum ordo non mutatus, vid. l. c. N:o 14.

15. مُتَقَارِب *fŭūlŭn* ⏑ – –

Cui seriore tempore addidit Abul-'hasan Akhfash metrum:

16. مُتَدَارِك *fāĭlŭn* ⏑ – | –

Reliqua metra, a Persis inventa, huc non pertinent.

§. 121. Variis autem mutationibus subjecta sunt metra primitiva, in §. 119 enumerata. Ipsi enim pedes, quibus metra constituuntur, rarius formâ primitivâ, saepissime vero formâ mutatâ vel derivatâ obveniunt. Pes primitivus vocatur سالم *sālim*, integer, derivatus vero مزاحف *muzā'hif*, a scopo aberrans *). Omnes licentiae, vel mutationes pedum, a *Persis* communi nomine زحافات *zi'hāfāt*, aberrationes, adpellantur, suntque aut in diminuendis pedibus, aut in iisdem augendis conspicuae. Sic, ex. gr. pes regularis مَفَاعِيلُن transmutatur in مَفَاعِلُن (h. e.

*) بدان كه زحاف در لغت دور افتادن چيزيست از اصل خود چنانچه سهم زاحف تيری را گويند كه از نشانه دور افتد ✡ در اصطلاح تغيراتی چند است كه در اصول افاعيل (تفاعيل) واقع ميشود

Hudeequt ool bulagut, pag. 259.

epitrĭtus primus in dijambum) licentiâ metricâ, quae vocatur قبض *qebsz*, i. e. contractio, sive ejectio quintae literae, quiescentis; diciturque pes cui talis mutatio accidit مقبوض *meqbūsz*, contractus. Eadem figura l. mutatio cernitur in فَعُولُ (amphibrachys) pro فَعُولُنْ (bacchīus). — Per licentiam خَرْم *kherm* (i. e. abscissio, l. abjectio primae motae) idem pes مَفَاعِيلُنْ transit in فَاعِيلُنْ ‒ ‒ ‒ (cui cum respondet forma grammatica verbi فَعَلْ: مَفْعُولُنْ, ‒ ‒ ‒, pro فَاعِيلُنْ substituitur مَفْعُولُنْ ne barbarae et inauditae oriantur pedum denominationes); pes, hac figurâ mutatus, vocatur مَخْرُوم, usitatius أَخْرَم. — Ulterius variari potest مَفَاعِيلُنْ per mutationem تَسْبِيغ *tesbīgh* (i. e. amplificatio l. insertio literae quiescentis in ultimâ versûs syllabâ) ita, ut fiat مَفَاعِيلَانْ, qui ideo vocatur مُسَبَّغ. — Nimis autem longum est omnes istas mutationes heic enumerare et prolixius declarare, usitatas igitur in carminibus persicis pedum mutationes, additis insimul pedum mutatorum formis et denominationibus, sequens exhibebit tabula.

§. 122. IRREGULARIUM.

	Pes primitivus.	…ae …ac.	Nomen mutationis l. figurae.
1	فَعُولُنْ	.	قَبْض comprehensio.
	فَعُولُنْ	.	قَصْر abbreviatio.
	[illegible]		[illegible] …atio caudae.
	فَاعِلَاتُنْ	.	شَكْل ligatio.
	فَاعِلَاتُنْ	.	قَطْع (rectius بَتْر).
	فَاعِلَاتُنْ	.	كَفّ cohibitio.
8	مَفْعُولَاتُ	.	وَقْف cessatio.
	مَفْعُولَاتُ	.	خَبْن insinuatio.
	مَفْعُولَاتُ	.	طَىّ implicatio.
	مَفْعُولَاتُ	.	كَشْف (كَسْف) amotio.
	مَفْعُولَاتُ	.	طَىّ وَكَشْف
	مَفْعُولَاتُ	.	جَدْع amputatio.
	مَفْعُولَاتُ	.	نَحْر jugulatio.
	مَفْعُولَاتُ	.	صَلْم amputatio aurium et nasi.

…n. Neo-Persicae, pag. 280.

§. 123. Quemadmodum pedes primitivi seu regulares nomine سَالِم (integri), derivati vero l. irregulares universali nomine مُزَاحِف (aberrantis), specialibusque مَقْصُور, أَذْلَم, مَخْبُون etc. (vid. §. 122) insigniuntur, sic ipsa quoque metra, in quibus aut regulares aut irregulares pedes occurrunt, his iisdem terminis designantur. Quod si in eodem metro duae pluresve mutationes occurrunt *), pluribus etiam terminis denotantur. Sic ex. c. versus octonarius (§. 118) in quo mutationes خَبْن, قَطْع et تَسْبِيغ (§. 122) unâ obveniunt,

*) Haud tamen omnes licentiae l. mutationes pro lubitu adhiberi possunt, sunt enim certi fines, quos ultra transgredi non licet. Sic ex. c. pes مفاعيلن quamvis mutationes قبض et كف subire possit (vid. tabul. §. 122), non tamen ambas mutationes unâ patitur, neque igitur in مَفَاعِلُ transit, alterâ harum mutationum alteram semper tollente, quod vocatur مُعَاقَبَة. Si idem pes, in metro quodam, numquam regulariter adhibetur, sed mutatus aut per قبض aut per كفّ, ubi igitur altera mutatio, dum abest, necessario ponit alteram, vocatur id مُرَاقَبَة; pes vero مستفعلن in metro ex. c. سريع et integer adhiberi potest, et per خبن et طى, aut singulas, aut simul sumtas, mutari, quae res termino technico مكانفة insignitur.

adpellatur: مُثَمَّن مَخْبُون مَقْطُوع مُسَبَّغ e. s. p.

Metra regularia quum jam sint in §. 119 exposita, restat, ut schemata metrorum irregularium, quae in carminibus persicis occurrunt, heic proponamus; dein nonnulla sequentur exempla variorum metrorum in carminibus adhibitorum, exercitationi in scandendis versibus persicis inservitura.

§. 124. Metra derivata l. irregularia.

VI. بَحْرِ هَزَج

1 مثمّن مسبّغ:

مَفَاعِيلُنْ مفاعيلن مفاعيلن مَفَاعِيلَانْ

2 — مقبوض: مفاعلن مفاعلن مفاعلن مفاعلن

3 — اشتر: فاعلن مفايلن فاعلن مفاعيلن

4 — اخرب: مَفْعُولُ مفاعيلن مفعولُ مفاعيلن

5 — اخرب مكفوف مقصور:

مفعولُ مفاعيلُ مفاعيلُ مفاعيلْ †

6 — اخرب مكفوف محذوف:

مفعولُ مفاعيلُ مفاعيلُ فعولن †

7 — مكفوف محذوف:

مفاعيلُ مفاعيلُ مفاعيلُ فعولن

---

† Hoc signo metra usitatiora denotavimus; usitatissima per †† insigniuntur.

8 مسدّس مقصور: مفاعيلن مفاعيلن مفاعيلْ*††

9 — محذوف : مفاعيلن مفاعيلن فعولن*††

10 — مكفوف مقصور: مفاعيلُ مفاعيلُ مفاعيلْ†

11 — مكفوف محذوف: مفاعيلُ مفاعيلُ فعولن†

12 — اخرب مقبوض : مفعولُ مفاعلن مفاعلن

13 — اخرب مقبوض مقصور:
مفْعولُ مفاعلن مفاعيلْ†

14 — اخرب مقبوض محذوف :
مفْعولُ مفاعلن فعولن†

15 — اخرب مكفوف محذوف :
مفْعولُ مفاعيلُ فعولن†

16 — اشتر: فاعلن فاعلن مفاعيلن

17 — اخرب اشتر مقصور: مفْعولن فاعلن مفاعيل

Ex hoc eodem metro formantur TETRASTICHA (RUBĀʿI), vid. §. 125.

VII. بحر رَجَز

1 مثمّن مذال :
مُسْتَفْعِلُنْ مستفعلن مستفعلن مُسْتَفْعِلَانْ

*) Haec metra, quae Persis in deliciis sunt, promiscue usurpantur, ita ut عروض et ضرب (§. 118), vel ultimi pedes utriusque hemistichi, per قصر et حذف pro lubitu variari possint; quod cum in aliis quoque metris haud paucis locum habeat, sequitur, Persas in determinandis metris, *syllabarum* (quae eaedem manent, nam ⏑ — — vix discrepat a ⏑ — —), quam *literarum*. magis habuisse rationem.

2 مثمّن مطوی: مُفْتَعِلُنْ مفتعلن مفتعلن مفتعلن†
3 — مطوی مخبون:
مُفْتَعِلُنْ مفاعلن مُفْتَعِلُنْ مفاعلن
4 — مخبون مطوی:
مفاعلن مُفْتَعِلُنْ مفاعلن مفتعلن
5 — مخبون مجبوب؟:
مُسْتَفْعِلُنْ مفاعلن مفاعلن فَعَلْ*
6 مسدّس مطوی: مُفْتَعِلُنْ مفتعلن مفتعلن
7 — مخبون: مفاعلن مفاعلن مفاعلن

VIII. بحر رَمَل

1 مثمّن مسبّغ: فاعلاتن فاعلاتن فاعلاتن فاعلیانْ
2 — مخبون: فعلاتن** فعلاتن فعلاتن فعلاتن
3 — مقصور: فاعلاتن فاعلاتن فاعلاتن فاعلاتّ††
4 — محذوف: فاعلاتن فاعلاتن فاعلاتن فاعلُنْ††
5 — مقطوع: فاعلاتن فاعلاتن فاعلاتن فَعْلُنْ††

*) In dissertatione Gladviniana et tractatu persico, supra citatis, hoc metrum non invenitur; rhythmum vero cum habeat satis amoenum et a Sa'di in *Gulistano* sit adhibitum (ex. c. in Libro III, fab. ultimâ, in initio), heic suo jure locum sibi vindicare videtur, ad aliam enim normam isti versus *Sa'diani* (vide infra §. 126, رجز) vix scandi poterunt; cfr. گلستان, *edition autographique par* M:r N. Semelet, Paris 1828, pag. ۱**

**) Cujus locum interdum tenet pes integer: فاعلاتن

6 مثمّن مشكول : فاعلاتُ فاعلاتن فاعلاتُ فاعلاتن

7 — مخبون مقصور:

فاعلاتن فعلاتن فعلاتن فعلاتْ†

8 — مخبون محذوف :

فاعلاتن فعلاتن فَعلاتن فعِلن†

مسدّس مقصور: فاعلاتن فاعلاتن فاعلاتْ*††

IX. بحر سَريع

1 مطوى موقوف : مُفْتَعِلُنْ مفتعلن فاعلاتْ**†

2 مطوى مكشوف : مُفْتَعِلُنْ مفتعلن فَاعِلَن†

3 مطوى مقطوع مجدوع : مُفْتَعِلُنْ مَفْعُولُنْ فَاع

4 مخبون مكشوف : مُسْتَفْعِلُنْ مستفعلن فَعُولُنْ

---

*) Ceteri versus *senarii* hujus metri easdem patiuntur mutationes, quibus subjecti sunt heic allati *octonarii.*

**) In hac metri سريع specie, pedi مُسْتَفْعِلُن prioris hemistichii, per *implicationem* (طَىّ) mutato in مُفْتَعِلُن, in altero hemistichio interdum respondet pes مَفْعُولُن, i. e. مُسْتَفْعِلُن مَقْطُوع sive *concisus* (§. 122); aliter: *choriambo* — ⏑ ⏑ — respondet *molossus* — — —, vel duabus syllabis brevibus aequivalet una longa; quales minoris momenti varietates in aliis quoque metris saepius occurrere, non est quod silentio dissimulemus.

X. بحر مُنْسَرِح

1 مثمّن مطوى موقوف :
مُفْتَعِلُنْ فاعلاتْ مفتعلن فاعلاتْ
2 — مطوى مكشوف :
مُفْتَعِلُنْ فاعلن مفتعلن فاعلن†
3 — مطوى مجدوع :
مُفْتَعِلُنْ فاعلاتُ مفتعلن فَاعْ†
4 — مطوى منحور: مُفْتَعِلُنْ فاعلاتُ مفتعلن فَعْ†
5 مسدّس مطوى : مفتعلن فاعلاتُ مفتعلن
6 — مطوى مقطوع : مفتعلن فاعلاتُ مَفْعُولُنْ

XI. بحر خَفِيف

1 مخبون : فاعلاتن مفاعلن فاعلاتن
2 مخبون مقصور : فاعلاتن مفاعلن فَعِلَاتْ††
3 مخبون محذوف : فاعلاتن مفاعلن فَعِلُنْ††
4 مخبون مقطوع : فاعلاتن مفاعلن فَعْلُنْ††

XII. بحر مُضَارِع

1 مثمّن اخرب : مَفْعُولُ فَاعِلَاتُنْ مَفْعُولُ فَاعِلَاتُن
cujus alterum hemistichium interdum est:
2 مثمّن مكفوف : مَفْعُولُ فَاعِلَاتُ مَفَاعِيلُ فَاعِلَاتُن
3 — اخرب مكفوف مقصور :
مَفْعُولُ فَاعِلَاتُ مَفَاعِيلُ فَاعِلَاتْ††

4 مثمّن مكفوف مقصور:

مَفَاعِيلُ فَاعِلَاتُ مَفَاعِيلُ فَاعِلَاتْ

5 مسدّس اخرب مكفوف : مَفْعُولُ فَاعِلَاتُ مفاعيلن

6 — اخرب مكفوف مقصور: مَفْعُولُ مَفَاعِيلُ فَاعِلَاتْ

XIII. بحر مُقْتَضَب

1 مثمّن مطوى : فَاعِلَاتُ مُفْتَعِلُنْ فَاعِلَاتُ مُفْتَعِلُنْ

2 — مطوى مقطوع :

فَاعِلَاتُ مَفْعُولُنْ فاعلات مفعولن

XIV. بحر مُجْتَثّ

1 مثمّن مخبون: مَفَاعِلُنْ فَعِلَاتُنْ مفاعلن فاعلاتن

2 — مخبون مقصور:

مفاعلن فَعِلَاتُنْ مفاعلن فَعِلَاتْ *††

3 — مخبون محذوف :

مفاعلن فَعِلَاتُنَ مفاعلن فَعِلُنْ††

4 — مخبون مقطوع :

مفاعلن فعلاتن مفاعلن فَعْلُنْ†

---

*) Usitatissimam hancce auribusque jucundam metri speciem etiam e metro مضارع derivari posse facile adparet, quod vero cnm auctoribus, quos consuluimus, non adriserit, novam non sumus ausi metro مضارع in textu addere speciem:

مضارع مقبوض مخبون مقصور

XV. مُتَقَارِب

1 مُثَمَّن مَقْصُور: فَعُولُنْ فَعُولُنْ فَعُولُنْ فَعُولْ ††

2 مُثَمَّن مَحْذُوف: فَعُولُنْ فَعُولُنْ فَعُولُنْ فَعَلْ ††

3 مُثَمَّن أَثْلَم: فَعْلُنْ فَعُولُنْ فَعْلُنْ فَعُولُنْ †

4 مُثَمَّن مَقْبُوض أَثْلَم: فَعُولُ فَعْلُنْ فَعُولُ فَعْلُنْ

NB. In hoc metro pro pede integro (سَالِم), etiam usurpatur pes amplificatus (مُسَبَّغ).

XVI. مُتَدَارِك

1 مُثَمَّن مَخْبُون: فَعِلُنْ فَعِلُنْ فَعِلُنْ فَعِلُنْ

2 مُثَمَّن مَقْطُوع: فَعْلُنْ فَعْلُنْ فَعْلُنْ فَعْلُنْ

3 مُثَمَّن مَخْبُون مَقْطُوع: فَاعِلُنْ فَعَلْ فَاعِلُنْ فَعَلْ

XVII. جَدِيد

مخبون: فاعلاتن فعلاتن مفاعلن

XVIII. قَرِيب

1 مَكْفُوف: مَفَاعِيلُ مَفَاعِيلُ فَاعِلَاتُنْ

2 أَخْرَب مكفوف: مَفْعُولُ مَفَاعِيلُ فَاعِلَاتُنْ

XIX. مُشَاكِل

مَكْفُوف مَقْصُور: فَاعِلَاتُ مَفَاعِيلُ مَفَاعِيلْ

§. 125. Tetrasticha (رباعی) a Persis ipsis inventa sunt et alio nomine دوبیتی (i. e. duo versus distichi) vel etiam ترانه (i. e. modulatio) adpellantur. In carminibus hisce brevissimis maxima cernitur metri diversitas, viginti enim et quattuor metrorum genera numerantur, quae tamen nihil aliud sunt, nisi variationes metri VI:ti هزج, per licentias خرم, خرب, قبض, کف, هتم, جب, شتر, بتر et زل e pede مفاعیلن derivatae (vide §. 122). Metrici Persarum omnia haec metra, quae in distichis etiam aliis, quam *rubā'ī*, interdum adhibentur, duobus circulis ita describunt, ut primo circulo ea contineantur, quorum primus pes utriusque hemistichii per licentiam خرم mutatus est in مفعولن, qui centrum circuli efficit, unde duodecim metra radiorum instar emanant. Alterius circuli centrum est pes مفعول per licentiam خرب ortus, unde cetera duodecim metra radiant. Quae eadem res hoc modo aptius proponi potest:

Rubā'ī I. دَايِرَةُ أَخْرَمُ ٱلصَّدْرِ وَٱلْإِبْتِدَاءِ

مَفْعُولُنْ

1 فَاعِلُنْ مَفَاعِيلُنْ فَاعْ

2 مَفْعُولُنْ مَفَاعِيلُنْ فَاعْ

3 فَاعِلُنْ مَفَاعِيلُ فَعَلْ

4 مَفْعُولُنْ مَفْعُولُنْ فَاعْ

5 مَفْعُولُنْ مَفْعُولُنْ فَعْ

6 فَاعِلُنْ مَفَاعِيلُنْ فَعْ

7 مَفْعُولُ مَفَاعِيلُ فَعُولْ

8 مَفْعُولُ مَفَاعِيلُنْ فَعْ

9 مَفْعُولُنْ مَفْعُولُ فَعَلْ

10 مَفْعُولُ مَفَاعِيلُ فَعَلْ

11 فَاعِلُنْ مَفَاعِيلُ فَعُولْ

12 مَفْعُولُنْ مَفْعُولُ فَعُولْ

Rubā'i II. دايرهٔ اخرب الصدر والابتداء

مَفْعُولُ	مَفَاعِلُنْ مَفَاعِيلُنْ فَعْ	1
	مَفَاعِيلُ مَفَاعِيلُنْ فَعْ	2
	مَفَاعِيلُنْ مَفْعُولُ فُعُولُ	3
	مَفَاعِيلُنْ مَفْعُولُنْ فَعْ	4
	مَفَاعِيلُنْ مَفْعُولُ فَعَلْ	5
	مَفَاعِيلُ مَفَاعِيلُ فُعُولُ	6
	مَفَاعِلُنْ مَفَاعِيلُ فُعُولُ	7
	مَفَاعِلُنْ مَفَاعِيلُ فَعَلْ	8
	مَفَاعِلُنْ مَفَاعِيلُنْ فَاعْ	9
	مَفَاعِيلُ مَفَاعِيلُنْ فَاعْ	10
	مَفَاعِيلُ مَفَاعِيلُ فَعَلْ	11
	مَفَاعِيلُنْ مَفْعُولُنْ فَاعْ	12

§. 126. Expositis jam *schematibus* metrorum persicorum, nonnulla addere placet exempla, quae praxin ipsam et scandendi methodum ob oculos ponant. Omnia autem metra exemplis illustrare, et prolixum est nimis, et superfluum. — De metris quinque primis valet, quod

jam monuimus, eadem Arabibus esse propria, nec a Persis nisi rarissime et artis quasi ostentandae caussâ esse adhibita. Notatu praeterea dignum est, haec quinque metra, quae apud Arabes formâ irregulari vel derivatâ occurrunt, a Persis ad normam regularem plerumque adhiberi. Octonariis vero versibus ita delectantur Persae, ut metra arabica senaria saepe in octonaria mutare malint.

Exempla.

I. طویل مثمّن سالم §. 119: 1. (⏑——|⏑——— *bis.*)

زهی بر جمال تو جهانی تماشائی
زلعل می آلودت نظر مست و شیدائی

زَهی بَر	جَمَالِ تُو	جَهَانِی	تَمَاشَائِی
فعو لن	مفاعیلن	فعولن	مفاعیلن
زِلَعْلِی	مَیَالُودَتْ	نَظَرْمَسْ	تُ شَیْدَائِی

II. مدید مثمّن سالم §. 119: 2. (—⏑——|—⏑—| *bis.*)

دل زهجرت ای صنم خون خود را میخورد
جان زبستنت ای پسر جامهٔ تن میدرد

دِلْ زِهَجْرَت	اَی صَنَم	خُونِ خُدْرَا	میخُرَد
فاعلاتن	فاعلن	فاعلاتن	فَاعلن
جَانِ زِبَسْتَنَت	اَی پُسَرا	جَامَئِ تَنْ	مِیدَرَد

III. بسیط مثمّن سالم **§. 119: 3.** (– – ⏑ – | – ⏑ – | *bis.*)

ای باوصالت دلم شادان زدور فلک
هجر تو بر خاطرم چون بر جراحت نمک

ای بَا وَصا	لَتْ دِلَم	شَادَانِزِدَوْ	رِی فَلَک
مستفعلن	فاعلن	مستفعلن	فاعلن
هَجْرِی تُبَر	خَاطِرَمْ	چُنْبَرْجِرا	حَتْ نَمَک

IV. وافر مثمّن سالم **§. 119: 4.** (⏑ – ⏑ ⏑ – *quater.*)

بِیَا بِنِشِین دَمِی بَبَرَمْ مَنْ اَزْ غَمِ تُو بَصَدْ اَلَمْ
مفاعلتن مفاعلتن مفاعلتن مفاعلتن
(مَنَزْغَمِتُو)

V. کامل مثمّن سالم **§. 119: 5.** (⏑ ⏑ – ⏑ – *quater.*)

زجهان کناره گرفته ام بخیال موی میان او
شده ام چو فاخته کو بکو بهوای سر وروان او

زِجَهَا کَنَا	رَ گِرِفْتَ اَمْ	بَخَیَالِ مُو	یِ مِیَانِ اُو
متفاعلن	متفاعلن	متفاعلن	متافاعلن
شُدَ اَمْ چُفَا	خِتَ کُو بَکُو	بَهَوَایِ سَر	وُ رَوَانِ اُو

VI. هزج مثمّن سالم §. 119: 6. (⏑———quater.)

دلا وصف میان نازک جانان من گفتی
نکو گفتی حدیثی از میان جان من گفتی

دِلَاوَصْفِی	مِیَانِی نَا	زُکِی جَانَا	نِمَنْ گُفْتِی
مفاعیلن	مفاعیلن	مفاعیلن	مفاعیلن
نِکُو گُفْتِی	حَدِیثِی اَزْ	مِیَانِ جَا	نِمَنْ گُفْتِی

هزج مثمّن مسبّغ §. 124: VI. 1.

چه غم دیوار امّت را که باشد چون تو پشتیبان
چه باک از موج بحر آن را که باشد نوح کشتیبان

چِغَمْ دِیوَا	رِاُمَّتْ رَا	کِبَاشَدْ چُنْ	تُپُشْتِیبَان
مفاعیلن	مفاعیلن	مفاعیلن	مفاعیلان
چِبَاکَزْ مَوْ	جِ بَحْرَانْرَا	کِبَاشَدْ نُو	حِ کِشْتِیبَان

هزج مثمّن اخرب مکفوف محذوف §. 124: VI. 6.

ای شیخ مرا راه خرابات نمودی
میخواست دلم باده کرامات نمودی

اَیْ شَیْخِ	مَرَا رَاهِ	خَرَابَاتِ	نُمُودِی
مفعولُ	مفاعیلُ	مفاعیلُ	فعولن
مِیخَاسْ	دِلَمْ بَادَ	کَرَامَاتِ	نُمُودِی

هزج مثمّن مکفوف محذوف §. 124, VI. 7.

زهی باغ زهی باغ که بشکفت زبالا
زهی صدر زهی بدر تبارک و تعالی

زِبَالَا	کِبِشْکُفْتِ	زِهِی بَاغِ	زَهِی بَاغِ
فعولن	مفاعیلُ	مفاعیلُ	مفاعیلُ
تَعَالَی	تَبَارُکْ	زهی بدرِ	زهی صدرِ

هزج مسدّس مقصور §. 124, VI. 8 et 9.

جوانان خرّم اند وخوب رخسار
ولیکن در وفا با کس نپایند

بِ رُخْسَار	رَمَنْدُوخُو	جُوَانَاخُر
مفاعیلْ	مفاعیلن	مفاعیلن
نَپَایَنْد	وَ فَابَاکَس	وَلِیکَنْدَر

هزج مسدّس مکفوف مقصور §. 124, VI. 10.

بُتا خیز وبیار آن می خوشبوی
که همرنگ بود با گل خود روی

یِ خُشْبُوی	بِیَارَام	بُتَا خِیز
مفاعیلْ	مفاعیلُ	مفاعیلُ
لِ خُدْرُوی	بُوَدْبَاکُ	کِهَمْرَنْگِ

هزج اخرب مقبوض مقصور §. 124, VI. 13.

بر بنده مگیر خشم بسیار
جورش مکن و دلش میازار

بَرْبَنْدَ	مَگِیرْخَشْ	مِ بِسْیَار
جَوْرَشْ مَ	کُنُوْدِلَشْ	مَیَاْزَار
مَفْعُولُ	مَفَاعِلُنْ ا	مفاعیلُ

هزج اخرب مکفوف محذوف §. 124, VI. 15.

از دست وزبان که برآید
کز عهدهٔ شکرش بدرآید

اَزْدَسْتُ	زَبَانِی کِ	بَرَایَدْ
مفعولُ	مفاعیلُ	فعولن
کَزْعَهْدَ	یِ شُکْرَشْ بَ	دَرَایَدْ

هزج مسدّس اشتر §. 124, VI. 16.

باغ را مژدهٔ بهار آمد
نکهت نافهٔ تتار آمد

بَاغِرَا	مُژْدَئِی	بَهَارَامَد
فاعلن	فاعلن	مفاعیلن
نُکْهَتِی	نَافَئِی	تَتَارَامَد

VII. رجز مثمّن سالم §. 119: 7. (— — ⏑ — quater.)

مطرب بگوشم زد نوا از گریه مجنون کردمش
ساقی بدستم داد می پیمانه پر خون کردمش

مُطْرِبْ بَگُو	شَمْ زَدْ نُوَا	أَزْ گِرْيَمَجْ	نُوكَرْدَمَش
مستفعلن	مستفعلن	مستفعلن	مستفعلن
سَاقِي بَدَسْ	تَمْ دَادِ مَی	پَيْمَانَپُرْ	خُوكَرْدَمَش

رجز مثمّن مطوی (§. 124: VII. 2.)

مُرْدَه بُدَمْ	زِنْدَه شُدَمْ	گِرْيَه بُدَمْ	خَنْدَه شُدَمْ
دَوْلَتِ عِشْق	آمَدُ وَمَنْ	دَوْلَتِ پَا	يَنْدَه شُدَمْ
مُفْتَعِلُنْ	مُفْتَعِلُنْ	مفتعلن	مفتعلن
	(قَامَدُمَن)		

رجز مثمّن مخبون مجبوب (§. 124: VII. 6.)

چون در پسر موافقت ودلبری بود
اندیشه نیست گر پدر از وی بری بود

چُنْ دَرْ پِسَرْ	مُوَافَقَتْ	وُدِلْبَرِی	بُوَدْ
مستفعلن	مفاعلن	مفاعلن	فَعَل
أَنْدِيشَ نِی	سِ گَرْ پِدَرْ	زِ وَیْ بَرِی	بُوَدْ

VIII. رمل سالم (§. 119: 8 — ⏑ — —) rarissime usu venit.

رمل مقصور §. 124: VIII. 2.

پرتو نیکان نگیرد هر که بنیادش بدست
تربیت نا اهل را چون گردکان بر گنبدست

پَرْتَوِی نِی	کَانَنْگِیرَد	هَرْکِبُنْیَا	دَشْ بَدَسْتْ
فاعلاتن	فاعلاتن	فاعلاتن	فاعلات
تَرْبِیَتْ نَا	اَهْلِ رَا چُنْ	گِرْدِگَا بَرْ	گُنْبَدَسْتْ

رمل مثمن مخبون مقصور (§. 124: VIII. 7.)

تا ندانی که سخن عین صوابست مگوی
وانچه دانی که نه نیکوش جوابست مگوی

تَانَدَانِی	کِسُخَن عَی	نِ صَوَابَسْ	تِ مَگُوی
فاعلاتن	فعلاتن	فعلاتن	فعلات
وُنْچِدَانِی	کِنَنِیکُو	شِ جَوَابَسْ	تِ مَگُوی

IX. سریع مطوی موقوف (§. 124: IX. 1.)

وقت ضرورت چو نماند گریز
دست بگیرد سر شمشیر تیز

وَقْتِ ضَرُو	رَتْ چُنَمَا	نَدْ گُرِیز
مفتعلن	مفتعلن	فاعلات
دَسْتْ بِگِی	رَدْ سَرِ شَم	شِیرِ تِیز

X. منسرح مثمّن مطوی مکشوف (§. 124: X. 2.)

کس نتواند گرفت دامن دولت بزور
کوشش بی فایده ست وسمه بر ابروی کور

کس نتوا	ند گرف	ت دامن دو	لت بزور *
مفتعلن	فاعلن	مفتعلن	فاعلن
کوشش بی	فایده س	ت وسمبر اب	روی کور

منسرح مطوی مکشوف مخبون اصلم **

چون نبود خویش را دیانت وتقوی
قطع رحم بهتر از مودّت قربی

چن نبود	خیش را	دیانتو	تقوی
مفتعلن	فاعلن	مفاعلن	فعلن
قطع رحم	بهترز	مودّتی	قربی

---

*). Cfr. §. 124. VI. not. *).

**) Hunc versum, ut varietatem metri منسرح مطوی مکشوف, §. 124, X, 2, e *Gulistano* Sa'di (lib. 2, versus finem) ex industriâ attulimus, quamvis tale schema in paragrapho citatâ non occurrat. Qua quidem re ostendere voluimus, non omnes metrorum varietates a Metricis Persicis esse observatas, quippe quae, pro lubitu poetarum, multifariam augeri possint; ad vulgaria vero metra, justâ adhibitâ animi adtentione, facile referuntur.

منسرح مثمّن مطوی منحور (124: X. 4.)

چون غم هجران او نداشت نهایت
عاقبت اندوه عشق کرد سرایت

چُن غَمِ هِجْ	رَانِ اُو نَ	دَاشِت نِهَا	يَتْ
مفتعلن	فاعلا تُ	مفتعلن	فَعْ
عَاقِبَتَن	دُوهِ عِشقِ	كَرْدِ سَرَا	يَتْ

منسرح مسدّس مطوی مقطوع (§. 124: X. 6.)

بس که بهویت اسیر شد جانم
گر بگذاری گریختن نتوانم

بَسْكِبُهُو	يَتْ اَسِيرْ	شُدْ جَانَمْ
مفتعلن	فاعلاتُ	مفعولن
گَرْبُگُذَا	رِی گُرِيخ	نَتْوَانَمْ

XI. خفیف مخبون مقصور (§. 124: XI. 2.)

یار نا پایدار دوست مدار
دوستی را نشاید این غدار

يَارِ نَا پَا	يِ دَا رِ دُو	سِ مَدَار
فاعلاتن	مفاعلن	فَعِلَات
دُوسِتِی رَا	نَشَايَدْ اِي	نِ غَدَار

Sed pes فَعِلَاتُ variat cum فَعْلَاتُ, ex. gr. in eodem carmine (*Gulistan*, praefat.):

اَیْ تُهِی دَسْ	تِ رَفْتَه دَرْ	بَازَار
تَرْسَمَتْ پُرْ	نَیَاوَرِی	دَسْتَار

XII. مضارع اخرب مکفوف مقصور **(§.124: XII.3.)**

ای برتر از خیال و قیاس و گمان و وهم
وز هر چه گفته اند شنیده ایم و خوانده ایم
مجلس تمام گشت و بآخر رسید عمر
ما همچنان در اوّل وصف تو مانده ایم

اَیْ بَرْتَ	رَزْ خَیَالُ	قِیَاسُوگُ	مَانُ وَهْمْ
مَفْعُولُ	فَاعِلَاتُ	مَفَاعِیلُ	فَاعِلَا تْ
وَزْ هَرْچِ	گُفْتَنَانْدِ	شَنِیدِیمُ	خَانْدَایم
مَجْلِسْ تَ	مَامِ گَشْتُ	بِآخِرْ رَ	سِیدِ عُمْرْ
مَا هَمْ چُ	نَانْ دَرْ وَ	لِ وَصْفِی تُ	مَانْدِ ایم

XIII. مقتضب

Hoc metrum formâ integrâ (سالم) non occurrit.

مقتضب مطوی **(§. 124: XIII. 1.)**

بَا لَبَتْ چِه	مِی طَلَبَمْ	بَادَه نَزْدِ	جَان چِه بُوَد
بَا رُخَتْ چِه	مَهْ نِگَرَمْ	بَنْدَه پِیشِ	خَان چِه بُوَد
فَا عِلَا تُ	مُفْتَعِلُنْ	فَاعِلَاتُ	مُفْتَعِلُنْ

Exempla τῶν Rubā'i, l. *tetrastichorum*.

I. (§. 125. i.)

یار آمد یار آمد یار آمد هی
بنشینی بیخبر بدینسان تا کی
یکساعت از آن ماه جبین دور مباش
تا یابی از جام لب لعلش می

یَارَامَدْ	یَارَامَدْ	یَارَامَدْ	هَیْ
مفعولن	مفعولن	مفعولن	فع
بِنْشِینِی	بِیخَبَرْ	بَدِی‌سَانْتَا	کَیْ
مفعولن	فاعلن	مفاعیلن	فع
یَکْسَاعَتْ	اَزَامَاهْ	جَبِی‌دُورْ	مَبَاشْ
مفعولن	مفاعیل	مفاعیل	فعول
تَا یَا بِی	اَزْجَامِ	لَبِی لَعْلَشْ	مَیْ
مفعولن	مفعول	مفاعیلن	فع

II. (§. 125. ii.)

ای عشق ترا چو من هزاران طالب
دیدار ترا یوسف مصری راغب
از هجر تو جانم را صد محنت و غم
آن به که نگردی تو از من غایب

أى عشق	ترا چمن	هنرارا طا	لب
مفعول	مفاعلن	مفاعيلن	فع
ديده ام	ذرا يوس	قيصرى را	غب
مفعول	مفاعيل	مفاعيلن	فع
ازهجر	تجانم را	صد محن	تغم
مفعول	مفاعيلن	مفعول	فعل
اابهء ك	نكرى تو	ازمن غا	يب
مفعول	مفاعيلن	مفعولن	فع

§. 127. *De homoeoteleutis vel rhythmo finali* قافيه.

α) Ad poesin, شعر, vel orationem ligatam, نظم (quae vox proprie significat: junctam margaritarum seriem), requiritur, ut praeter metrum, ubique observandum, etiam similiter cadant versus; nec enim oratio ad metrum aequilibriumque adposita, si homoeoteleutis caret, ad poesin refertur, nec prosa (نثر) metro destituta, quantumvis abundet homoeoteleutis *).

*) Quali quidem prosâ oratione adeo delectantur Persae, ut in phrasibus integris et prolixioribus singulae fere voces, sibi invicem respondentes, interdum similiter cadant. Quod orationis genus vocatur مسجّع (rimmab prosa), ut distinguatur ab oratione

β) Est vero homoeoteleutorum alia in aliis carminum generibus ratio. Sic in carmine panegyrico قصيدة, *Qasīde* *), et amatorio غزل, *Ghazel* *), duo prima hemistichia (*misra'*) similiter cadant oportet, in reliquis vero versibus posterius quodque hemistichium rhythmo finali versûs primi respondeat necesse est. In قطعة *Qit'e* (fragmento l. strophâ) paria tantum hemistichia similiter cadunt, imparia non item; In

---

pedestri, et metro et homoeoteleutis carente, quae عاري (i. e. nuda) adpellatur.

*) *Qasīde* et *Ghazela* quoad externam structuram vix differunt, sed *Qasīdae*, quae laudes principum plerumque celebrant, majoris sunt ambitûs, et saepissime ultra 12, raro tamen plura quam 100 disticha complectuntur; *Ghazelae* vero, quarum objectum sunt amor, deliciae et vinum, tam vulgari, quam mystico et religioso sensu sumta, ultra 19 disticha non producuntur, plerumque autem 7—12 distichis constant, in quorum ultimo, (بيت شاه distichon regium adpellato,) Auctor *Ghazelae* saepissime nomen suum artificiose inserit. — Prima duo hemistichia similiter cadentia termino technico مطلع *matla'* insigniuntur. *Qasida* l. *Ghazela* ubi *Matla'* non adest, vocatur قطعة *Qite'*, duobus minimum constans distichis.

tetrastichis, رباعی, aut omnia quattuor hemistichia sonis similibus terminantur (quale tetrastichon vocatur ترانه, modulatio), aut tertium hemistichium, quod saepissime fit, discrepat. In مثنوی *mesnewí* *), q. d. *carmine dirhythmico*

---

*) Usus τῶν *Mesnewí* apud Persas est vulgatissimus, his enim versibus conscripta sunt opera historica et didactica maximi pretii maximique ambitûs, quorum e numero hoc loco adferantur:

(Ad metrum *Muteqâribi meqsûr*, §. 124, XV. 1)
Shâhnâmeh Firdousii (emortui anno Hegirae 421 = 1029 post Chr. nat.); *Sekendernâmeh* Nis'zâmii Gendzhevidae († 576 = 1180); *Humâji humajûn* Khodzhae Qermâni († 742 = 1341); *Aînei iskenderî* Emiri Khosrev Dehliensis († 715 = 1315);

(Ad metrum *Remeli meqsûr* (§. 124, VIII):
Pendnâmeh Ferideddin 'Attâri († 727 = 1326); Ejusdem: *Mantiq ettair*; *Mesnewi* a Dzhelâleddin Rûmi († 661 = 1262);

(Ad metrum *Hezedzhi museddesi ekhreb* §. 124, VI, 14):
To'hfei élirâqain Khâqâni († 582 = 1186); *Leila u Medzhnûn*, sub quo nomine diversa carmina ediderunt Nis'zâmi, Khosrev Dehliensis et Dzhâmi († 898 = 1492);

(Ad metrum *Seri' metvî mewqûf* (§. 124, IX):
Makhzeni esrâr Nis'zamii; *Matlai envâr* et *Qirân essa'dein* Emiri Khosrev;

(dubbel-rim), ambo hemistichia cujusque distichi (بَيْت) similiter cadunt, at in his non idem est rhythmus finalis per totum carmen, id quod in *ghazelis* et *qasīdis* fieri solet, sed diversus in variis distichis.

Unicum est poematum persicorum genus, فَرْد vel مُفْرَد (i. e. distichon *solitarium*), quod rhythmo finali carere videtur. Quum vero sub hoc nomine saepe lateant disticha e carminibus longioris ambitûs, *qasīdis* et *ghazelis*, desumta et quasi evulsa, fundamentalis, qui totum carmen permeat, rhythmus finalis in hemistichio posteriori etiam heic inest, quamquam in disticho solitario non adparet. Ut partes igitur constitutivae majoris cujusdam carminis semper habenda sunt talia poëmatia, etiam si sui sint juris.

γ) Ipsam *Qāfiam* vel rhythmum finalem (Sluf-rim) alii aliter definiunt. Consistit vero in har-

---

(Ad metrum *Hezedzhi museddesi meʿhdzūf* §. 124, VI, 6): *Jūsuf u Zuleikha* DZHĀMII; *Shirīn u Khosrev* NIS'ZAMII;

(Ad metrum *Khefīfi mekhbūni meʿhdzūf* §. 124, XI, 3): *Heft pejker* NIS'ZAMII; *Hesht behisht* EMIRI KHOSREV.

Cfr. FR. RÜCKERT de *Heft qulzum* in *Annal. Vindob.* Tom. XL, pag. 209, sqq. JOS. VON HAMMER *Geschichte der schönen Redekünste Persiens*, sub citatis auctoribus.

moniâ vel potius similitudine consonantium vocaliumque in fine versuum. Pars essentialis seu praecipua litera rhythmi finalis vocatur *revi*, arabice *er-raviju* اَلرَّوِيُّ (latine *Raviam* dixeris) quae est in fine versûs ultima firma *) consonans, eaque vel *dzhezmata*, i. e. nullâ vocali adfecta, quo in casu *Ravia* aeque ac ipse versus vocatur مُقَيَّد (ligatus), vel *mota* sono vocali (qui sonus semper producitur) et talis versus, in arabismo usitatus, nomine مُطْلَق (solutus) insignitur. Vocalis *Raviam dzhezmatam* l. *ligatam* antecedens vocatur تَوْجِيه (conversio), vocalis *Raviam solutam* sequens adpellatur مَجْرَى (alveus). Saepe vero fines rhythmi finalis utrinque ita dilatantur, ut plures literae ad *Raviam* l. basin rhythmi concurrant, quarum Arabes sex, Persae octo consonantes, quattuor ante *Raviam* et quattuor post eandem, numerant.

δ) Consonantes *Raviam* praecedentes sunt:

1. رِدْف (coëquitans), ita vocantur literae ا, و et ى *Raviam* immediate praecedentes et quies-

---

*) Debilibus ا, و, ى et ة non radicali, item nunationi, in vocibus arabicis, opposita. In persismo variae insuper terminationes grammaticae *raviae* locum occupare non censentur, de quo vide infra, sub literâ *ε*) وصل, not.

centes in vocalibus sibi homogeneis ـُـ, ex. c. ا in پاك, و in دور, ى in بيك Ceterum nihil ad rem facit utrum واو معروف an واو مجهول locum τῦ *ridf* occupet, hae enim literae in rhythmo finali sibi bene respondent. De ياى معروف et ياى مجهول idem valet. Unde colligi potest, has literas in pronuntiatione haud multum differre. Confer supra pag. 32, 140. et §. 127 η) 5.

2 قيد (ligatio), est alia quaecunque litera (praeter ا, و, ى) *dzhezmata* ante *Raviam*, ut ه in شهر, ح in بحر; estque قيد prosodiae persicae peculiaris.

3 تأسيس (fundatio), est ا quiescens praecedens *raviam*, interposita tamen litera consonante eademque mota, ex. c. ا in قاتل, مراكب.

4 دخيل (interior), vocatur consonans inter تأسيس et روى interposita, ut ت in قاتل, ك in مراكب etc. Has literas variare licet, quare similiter cadere censentur ex. c. voces سائل, كاتل et دل, item تساهل et بلبل. Quodsi sibi injungat auctor officium literas تاسيس et دخيل in toto carmine easdem servare, vocatur id لزوم ما لا يلزم vel التزام ما لا يلزم, *necessitas, quae non est necessaria.*

*) Consonantes, *Raviam* sequentes, sunt:

1 وَصْل (conjunctio), litera quae *Raviam* immediate sequitur, ut م in بِيدَم, ه in خَنْدَه *).

2 خُرُوج (exitus), est litera τῷ وصل adjecta, ut ت in بِيدَمَت.

3 مَزِيد (auctio), quae τῷ خُرُوج superadditur litera, ex. c. ش in بَرْدِيمَش, ubi د est basis rhythmi vel *Ravia*, م est قَيْد, ی vero وصل, et م خُرُوج nominantur.

4 نَايِرَه denique adpellatur litera quarta *Raviae* adjecta, ut ش in بِرَدَسْتَمَش, ubi basin د ordine sequuntur quattuor rhythmi finalis additamenta **).

---

*) Vicem τοῦ وصل vulgo implent literae terminationum grammaticarum, quales sunt ی (terminatio 2:ae pers. singul.), م (1:ae personae sing.), ت et ش (pronom. suffixa 1:ae et 2:dae personae); ی *unitatis* et nomina *abstracta* formans, atque ه *finale non aspiratum*, et τὸ ن infinitivi integri.

**) Haec ex auctoritate Schemseddini, auctoris tractatûs de prosodiâ persicâ, attulimus, idque magis ut terminos hujus artis technicos proponeremus, quam ob ipsius rei gravitatem, quae haud magni ponderis

